



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

1
IVRISPRVDENTIAE
Methodicæ

PARTITIONES ELEMENTARIÆ

*In usum domesticorum primum delineata: tum
deinde in gratiam sympalastritarum scho-
liis elencticis adornata & publice
disputata.*

SUB PRÆSIDIO

IOHAN-OTTONIS
TABORIS I.V.D. CODIC.
& Feudal. placit.
P.P.

In Vniuersitate Argentoratensi.



Sumptibus FRIDERICI SPOOR

Anno M DC XLI.

*Possidet me Johannes Schimpfz
Poson. Hungarus Anno 1673.*



GENERO SIS NOBILISSIMIS-
que Dominis

DN. BENEDICTO }
 & } Brockdorffis
DN. OVÆ } }
 fratribus patruelibus

Domesticis & consalinis suis gratissimis
Opellam, quantulacunq; in his pagellis sua est

D. D.
Exercitii Præses.





T natura res omnes per formam & materiam præcipue absolvuntur: Ita naturæ imitatrix Ars, per eadem principia præceptionū suarum systemata felicissime elaborat. Est enim, Generosi juvenes, quædam quasi artis forma, methodus & ratio illa, qua disciplina quælibet designata & constituta est; Materię autem instar obtinent, res & verba. Ergo cujusque disciplinæ cultori, qui bene fundatam desideret notitiam ad utramque causam vicissim sedulo advertendum est: ut idem sit traditionis & perceptionis modus. Ac initio quidem generalis aliqua methodus, tanquam idea artis animo objicienda infigendaque: tum per singula membra & sectiones eundem est: porro vocabula, terminique artis per etymologias, homonymias synonymias, paronymias, paraphrases; per definitiones item ac distinctiones, enucleandi: denique res ipsæ per rationes, quibus quæque Ars, imprimis autem Jurisprudentia nostra

):(2 veluti

veluti animatur, sunt cognoscendæ. Hanc
progrediendi in catadromis Themidos con-
suetudinem, cum commodissimam in ipsa
tritura atque euentu deprehendissem, non
dubitavi eandem familiaribus quoque meis
commendare. Et cum superioribus annis
lectissimi quidam iuuenes, qui in spem Rei-
pub. haut dubiam efflorescunt, occasione do-
mesticæ conuersationis, meas quoque parti-
tiones, quibus juris libros memoriæ causâ di-
gerere jamdudum consuevi requisivissent:
non pigritus sum eas, quatenus post consum-
tam in halosi Budissæ bibliothecam, summa
rerum capita memoria poteram repetere, ve-
lut in sciographia delineare atq; adumbrare.

Licet autem de prostituendis publicitus
istis quidem crepundiis, (& antequam systema
Jurisprudentiæ Methodicæ ipsum, nova qua-
dam, sed exquisita ratione perficeretur,) cogi-
tationem ab initio nullam suscepissem; ma-
xime cum professio mea ad grauiora me vo-
caret; cumque partes istas Vir Consultissimus
Dn. Iohanes Rebhan V. I. D. & Profess. In-
stitut. Imperial. excellentiss. tanta cum dexte-
ritate & sollicitudine obiret atque etiamnum
expleat, ut studiosi nostri, aliorum quoque
adminiculis, ne dum meo adnifu in elemen-
tariis

tariis istis introductionibus, felicius forte ca-
 reant, quam fruantur; Quia tamen ἀποστο-
 μάτιον hoc, non tantum charissimis quibus-
 dam è iuventute Academica capitibus & ad
 omnia præclara enitentibus studiosis, usque
 adeo placuisse depræhendi, ut ἔκδοξασιν ist-
 hanc elementorum in tabellam conjectam,
 in theses resolvere, & eruditorum cœnurræ
 publici exercitii causâ exponere non dubita-
 rent: sed & eidem placito Vir pietate & varia
 eruditione præcellens, Dn. Iohannes-Chri-
 stophorus Marci Lipsiensis, generosæ indo-
 lis vestræ ephorus meritissimus, hæctenus cali-
 culum suum vice vestra adjecisset, ut illud
 ἐπισημάντιον per famulos describi, & à vobis inter
 rudimenta institutionis luridicæ haberi vel-
 let; Malui existimationem meam suggilla-
 tione inferiorum curarum, quam vos tædio-
 sæ descriptionis inamæna lectione prægra-
 vare: Illud identidem mecum expendens
 quod in can. objiciuntur, 7. caus. 32. quæst. 4.
 scriptum est: Doctores non debere condele-
 ctari aviditate consequendæ laudis, sed chari-
 tate seminandæ eruditionis.

Perpulit, resitantem procacitas nonnul-
 lorum Hypercriticorum, qui cupidæ legum
 iuventuti, tædium veternumque ingenerare
):(

fara-

fatagunt, nescio quos subinde naves in me-
thodo & principiis ipsis inconsulta curiosita-
te revelando: (quos tamen si maximè, sub-
essent, tegi & excusari, quam exaggerari satius
fuerat: (quod aliquando sine magna ratione
fieri, in thesibus istis extemporaneis obiter
ostensum est. Et hac quidem occasione pu-
blicata partitionum domesticarum primor-
dia, Vobis, Generosi Nobilissimique domi-
ni, iure inscribo meritoque consecro: Nam
& singulari pietate, industria, morumque
amabilitate effecistis, ut omnibus qui virtu-
tem veram, præ imagine & umbra ejus dili-
gant, non minus honorabiles appareatis, pro-
pter istas animi dotes, quam ob illustrem qua-
orti estis profapiae splendorem: sed & alio no-
mine pagellas istas (utpote vestro iusti nuper
natas,) vobis deberi, & vos vicissim illis pa-
trocinium, etiam me tacente intelligitis. Ne-
que enim dubitare possum, quin futuri sint,
qui elementa hæc ut protrita spernaturi &
à me longe maiora pro ratione officii expe-
ctantur sine. At vos, Nobilissimi cõmilitones
pro amore in me vestro, his quidem autori-
tatem gravissimorum Jurisconsultorum, Vul-
teii, Wesenbecii, Pacii, & ex nostris antecesso-
ribus, Hottomanni, Gifanii, Reusneri, Ob-
rehti

recti & aliorum opponetis, qui scilicet in superioribus etiam cathedris constituti, curas elementorum juris non insuper habuerunt, sed olim conceptas tum demum edidere; quin & digestiones ad hanc formam instituerent & juris capita in tabulas & schemata conijcere, evidenti discipulorum utilitate considerata, contempsit interim nasutulorum ronchis haut erubuerunt. Illis autem pro me simplicius respondebitis, operam nos hanc tyronibus & domesticis luisse, quibus sublimiora non conveniebant: simplicitatem autem ex professo nos horum causa sequutos & a notissimis terminis atq; principiis ad altiora & denique ad ipsius Jurisprudentiæ adita manuducere voluisse: Postremo pleraque ista nobis excidisse & recognita esse inter varia ac diversissima studia, cum animus hinc inde & respondendo consulentibus & subveniendis clientibus & functiones officii quascunque nullatenus negligendo, distractus esset: (unde nec alio nomine quam subitaneorum & subsecivorum scholiorum a nobis indigetantur & præscribuntur). Cui defatigationi nostræ cum vos, oculati testes, sæpenumero pro pietate vestra ingemueritis; spero in vobis mihi aliquando & testimonium integritatis exceptione

ptione maius & patrociniū æquis rerū
æstimatoribus satisfacturum, paratum esse.
Neque ego desinam studiis atque adprecationibus
affectum vobis mutuum comprobare,
quotidiano scilicet voto DEO commenda-
tos, vti ad exemplum unigeniti filii sui succe-
scere vos iubeat ceu ætate & corpore vegetos;
sic animi virtutibus & gratia apud DEVM
atque homines prævalentes. Valete Holsa-
ticæ iuventutis ornamenta, & quod facitis
me inter Themidos pulpita indefinenter
amate,

Generosæ familiæ virtutisque vestræ
cultorem,

Ioh. Ottonem Tabor D.



E L E M E N T O R V M

JURISPRVDENTIAE METH-
thodicæ, à nævis atque impetitionibus variis liberatæ.

P A R S I.

Resp. Elia Brackenhoffer
Argentinenſi.

P R A E F A T I O.



Inter ea, quæ Juris ſtudioſum difficile reddunt atque impeditum, nonnulli confuſionem quoque ordinis & aëthodiarum, ſeu, ut rectius

*quid ſtudioſi
ſtudioſi difficile
reddat.*

dicamus, à r. Elia r. aëthodiarum numerant, quàm non tantum in reliquis juris partibus, ſed & in elegantiffimo Inſtitutionum ſyſtemate taxant, v. *Hottom. in argum. operis: ſeu in epistol. dedic. Inſt. præfix. Weſemb. ad §. i. Inſt. de reſtam. ordin. Anton. Matthæi in colley fundam. Jur. diſput. 2, ultima, & paſſ.* Itaque fuere, qui ſpreto penitus Juſtiniàni ordine, planè alio Iuriſprudentiam digeſtum irent, ut *Connamus, P. Gregorius, Donellus, Vultejus, Albuſius, Bocernus, Vinnius, Schefferus.* Quibus acriter oblo-

A

oblo.

obloquitur Cujac. in ff. ad tit. Mandat. cūtra
 inquit, Cohærent, digestaque sunt omnia arte
mirabili, nec tam ingenio Triboniani, quam Lu-
liani, Hermogeniani & veterum prudentium,
quorum ille vestigia secutus est: & qui aliam de-
siderant vel comminiscuntur artē, nā, quam illi
sunt ineptissimi & imperitissimi. Nam, neque
 quid ars sit, sciunt; neque artem digestorum,
 aut principia certa juris ulla perceperunt un-
 quam. Suavestamen adridendi materiā. adde
 porro f. l. Obs. 38. In hoc præjudiciorum con-
 flictu, eos, qui mediam institere viam, tu-
 tius agere, v. Duar. ad. inscript. Pandect. c. 2.
 & rectissime studiis suis consulere cense-
 mus, qui ordinē quidem Dig. maximè verò
 Institutionum generalem præcisè sequin-
 tur: sed in digestis contextum specialem
 alia lege connectunt, (in toto scil. analyti-
 cam methodum: in partibus syntheticam
 observantes, v. disp. Wesem. i. quasi. 2.) Licet
 enim uno alterove loco deficiat accurata
 methodi ratio; quod & eorum libris acci-
 dit, qui ad methodi correctionem omnes
 curas suas atque cogitationes convertere:
 potissima tamen sui parte tam bene cohæ-
 ret compages illa, ut memoriæ, iudicioque
 discētium satis à Triboniano videatur con-
 sultum: certè satius sit cum imperatore ali-
 quando in leges methodi impingere, quam
 cum aliis methodicè diversos à Iustiniano
 metho-

Ordo Studi-
 Juridicj

methodos inire: Labor enim, qui simplex & unicus esse poterat, hoc pacto duplicatur, fatente ipso Matthæo. *fundam. jur. disp. 1. noviss. edit. 8. 6. qui tamen quando nec in par-ribus ullam aliam digestionē admittit, sed leges eo, quo à Iustiniāno collocatae sunt, ordine vult evolvi, peccat in l. 1. §. 12. l. 2. §. 21. l. 3. §. 21. C. d. V. I. S. confer. C. I. A. d. O. I. 8. ultim.* Quid? quod in Institutionum systemate non libri tantum & tituli; sed & paragraphi ipsi, & §§. versiculi pleriq; omnes justissima ratione connectuntur: quod cum Iustiniāno, divinam implorantes gratiam, ita per primordia imus demonstratum.

Thesis 1.

Methodus, qua Jurisprudētia com-
mode & doceatur & discatur, rectis-
sima in §. 1. *Inst. de Inst. & Jur.* ostenditur: si
nempe primum levi ac simplici via, post de-
inde diligentissima & exactissima inter-
pretatione singula tradantur: Ita enim
philosophi quoq; primum *ως τῶν πρ* narrant;
quæ deinceps *ἀνεπίβετος δὲ ἐπὶ χερσὶν*. *lul. Caesar.*
Scalig. lib. 2. in Theoph. d. caus. plant. in proem.
exemplo. pr. Inst. per quas pers. cuique acquir.
Ita n. rudis animus studiosi simplicibus exutritus,
facilim ad altioris prudentie redigitur scientiā
l. 1. §. 11. C. de V. I. E. perperam itaque nonnulli
de Iurisdictione, Evictionibus, Operis novi nun-
tiatio-

tiatione, & aliis difficilioribus juris articulis hinc agendum censent. A. Matthai. disp. 2. fundam. jur. 8. 56. ibi : *navus primus est. contra. d. §. 2. vers. 5. alioquin. l. d. iust. & iur. §. 4. præt. Inst. §. 3. l. de Legat. vid. Tim. Faber. disput. 1. 8. 1. & 12. ubi ait: eos muneris sui oblivisci, qui id precipue agunt, ut convellendis principibus & conqui- rendis navis, libros hosce illustrent.*

2. Per levem ac simplicem viam, intelligimus tum delineatione Jurispruden- tiæ generalē, & quandam velut *ἰχθυογραφίαν*: tum terminorum generalium succinctas definitiones. Cui. d. O 38. Quod utrumq; exi- git Cicer. lib. 1. de orat. sect. 50. p. mihi 180. lit. G. cum de arte Juris cogitantes primò Ius ci- vile in genere digererè, deinde eorum ge- nerum quasi quædam membra dispertiri, tum propriam cujusq; vim definitione de- clarare jubet. Idque est, quod lib. 2. de orat. sect. 50. p. 219. nuncupat: ea, quæ sunt in Iure, acutè describere & ornatè illustrare. confer. Pac. in præfat. Isagog. Vultej. in prolegom. Cer- tè Cujac. conficiendarum definitionum peri- tiam tanti æstimat, ut eos qui hanc artem te- nent, pro verè eruditis demum habeat. in comment. ad lib. 38. Pauli ad Edict. initio.

3. Rectè etiam Wesem. statuit in præ- fat. æconom. Codicis: Nihil esse ad juvandam- memoriam utilius, nihil quod in repeten- dis, memorandisque legum capitibus quæ- rentem

rentem magis juvet, quam pervidere prom-
ptamq; ob oculos habere *οἰκονομία*. & seriē
integram omnium tractatum, ac titulorū,
qui voluminibus juris ordine compræhen-
dūtur. I. *Gothof, in serie*. Rationes uberius de-
ducit *Gifan. in præf. æcon, n. 4*. Eamq; præstat
speciali tractationi præmittere. Quamvis
autem seriē hanc complures, in primis vero
Wesem. Pacius Gifan. & Dn. Goth, diligenter
eruerint; quia tamen aliis quoq; integrum
fuit Iliada post Homerum scribere: veniam
merituros nos confidimus, si quæ propter
viam à nobis collecta sunt, commilitoni-
bus communicemus, vel ea saltem gratia,
vt describendi, quam alii susceperunt ope-
ram, elevemus; de cætero *Quintiliani lib, II,*
Institut. c. I. præscriptione nos munientes.

4. Jurisprudentiæ autē aliam constitui-
mus partem internā, aliam externam.
Giphanius communem & propriam appellat,
quem plerique sequuntur. Egenolphus in para-
tit. Analyt, uti multa egregie, ita in initio lubricè
docet, rerum considerationē esse in subjecto habi-
tus, vel actus. Subjectum habitus esse mentis vel
scientiæ. Mentis seu naturæ Iustitiæ: scientiæ
seu artis Jurisprudentiæ, quæ omnia se longè
aliter habere, ex seqq patebit.

5. Externam dicimus, quæ causas
externas exhibet, finem & efficien-
tem,

*Libro Juris
prudentiæ.*

*Partes ex
ternæ & internæ*

*In hauriat
o. d. a. scientia*

Cum enim solida scientia non nisi ex causa-
rum cognitione habeatur & hauriatur. *Aristot. 1. post cap. 2. 2. Metaph. 2. & alibi.* per has quoque
18. *Iurisprudentia in artem redacta docenda est: rum*
enim rectè docuisse videbimur, cum per causas &
rationes docuerimus. *Scalig. in 3. Theophrast. de*
causis plant. cap. 3. Causarum autem genera duo.
Causarum
genera *duo sunt, quædam, ut Aristoteles vocat καὶ ἀνάγκη,*
materia scilicet & forma: quædam δὲ τὸ εἶ, quæ
finis dicitur. *Scalig. in præfat. comment. modò lau-*
datis. eaque cum efficiente extra rem est. *Scalig.*
exercit. 6. §. 1. ut pars ea quæ de his causis agit,
etiam externa dici mereatur.

*Finis in omni
re primus.*

6. Et finis quidem, cum in omni re
fit primus (saltem intentione. *Scalig. lib. 1.*
in Arist. de. plantis. pag. 102. & lib. 2. de plant. p.
292.) ut in reliquis disciplinis practicis, ita
etiam in Iurisprudentia rectè primo loco
ponitur. *Keckerman. Syst. Logic. lib. 3. t. 3.*

Finis duplex.

7. Est autè finis secundum Philosophos
duplex, $\phi \chi$ δὲ εἶ, 1. *Ethic. 1.* seu finis quo (sc.
cognoscimus) & propter quem: hunc
alii ultimum; illum Intermedium vo-
cant. v. *Arnis 2. relect. polit. sect. 4. nu. 3.* qua de
re *Scalig. 1. de Plantis pag. 104. opera, inquit, &*
scopus est finis. Quo, (scil. ultimum finem af-
sequimur) opus autem, seu ipsum factum, est fi-
nis propter quem. (subaudi: facta sunt, quæ
ante ipsum sunt) sic Medici scopus & fi-
nis medius est, medicinæ operari, & ejus
naturam exquirere. Finis verus & ultimus
(pri-

(primum illum movens) est ^{interm.}sanitas. Ita
 Icti finis seu scopus Quo est ipsa Iuris
 prudentia. Finis ultimus est Iustitia.

v. *constit. d. ratione & method. Iur. doc. §. 5. 6. & 7. ibi: ut Iudiciorum tam optimi athleta, id est, advocati & causidici, quam gubernatores, & l. 6. §. 1. ibi: nihil in iudiciis, quam iustitia. C. de Appellat. Dn. D. Locamer. in summario Instit. lib. 1. Qua de re in tit. 1. de Iustitia & Iure.*

Tit. 1. de Iust. & Iur.

videtur.

Dissentit (1.) *Althusius lib. 1. dialog. cap. 1. no. 8.* qui prius de facto, quam de Iure docendum esse arbitratur: argumento parum decoro, quod scilicet de facto prius constare debeat, quam de eo jus dicatur. *l. 14. de jure cod. l. 24. de testam. mil. l. 20. de except. l. 1. §. 2. de dol. mal. & met. except. cum alia sit ratio cognoscendi, theoriz & doctrinz, aliaq; judicandi & praxeos. Quomodo enim animus cognitione Iuris non imbutus, de ulla factorum figura liquidò judicaverit: sed & Iustiniani nostri norunt negotia & facta, æq; ut res alias, hic se habere objective. §. un l. de reb. corp. & incorp. (2.) aliter dissentit *Corasius ad l. 1. de stat. hom. Duarenus. 1. disp. 1* & alii, qui salutem populi pro fine substituunt *Wesemb. in w. ff. h. n. 2. ibi: Iurisprudencia finis est quasi sanitas Politiarum. Nimis certe generalem de Politicis magis relinquendum. & Bacho. in not. ib.**

8. Efficiens causa Juris nostri varia est, pro diversis Iuris speciebus, seu partibus (species dicuntur juris absolute sumti: partes, juris **Romani**, ex quibus confla-

A. 4

tum

gum est) Est enim alia causa efficiens
Juris Naturalis, natura (naturans, seu
 ipse Deus. *Cujac. ad. l. 1. §. 2. de l. & l. pag. 13.*)
Juris gentium, Ratio humana. Juris
Civilis, quæque civitas: seu ratiocina-
tio civium & ratio status cujusq; ci-
vitatis. de quibus agitur *in tit. 2. de Jur. N.*
G. & Civil. confer. Christ. Matth. l. 1. syst. logic,
c. 3. nu. 3. Prioræ duæ species juris dicuntur
Jus commune, & fundamentum habent
τὸ καλὸν honestum & æquum: postrema
 dicitur, Jus proprium seu positivum,
 & fundamentum habet τὸ συμφέρον, bo-
num seu utile civitatis. *Cujac. in lib. 10.*
qq. Papin. ad l. ult. de condiçt. caus. dat. docet. jus
civile positivum dici, ad differentiam naturalis,
quod sit Authenticum. Definitio Juris Natu-
 ralis est in textu, quod sc. sit tale Jus, cu-
jus principia & præcepta (*Tim. Faber.*
disp. 2. th. 1.) Deus & natura per instin-
ctus suos etiam bruta docuit. *Cujac. d.*
loco. Efflorescit enim jus naturale ex incli-
 nationibus naturalibus & facultate animæ,
 quâ concupiscimus, atque afficimur, quæ
 est homini cum reliquis animantibus com-
 munis. *Christ. Matth. 1. Syst. log. c. 5. l. 1.* Hinc
 notabiliter infertur, Jus dici de brutis tantum re-
spectu causa eff. quia natura Jus aliquod effecit
in brutis

Tit. 2. de
 Jur N. G.
 & C.

Jus Nat.
 male p. 1. 1. 1.

Jus Nat.
 male p. 1. 1. 1.

In brutis per inclinationem: Nov. 12. in homini-
bus, per rationem. Non vero à causis internis;
quod in advertētib; insultandi occasionem præ-
buit. Vnde jus naturale aliqui subdistinguerunt,
ut idem in commune, quod natura tam homi-
nes, quam bestias docuit: & naturale huma-
num, quod in sola ratione consistit, & homines,
à brutis distinguit. Reusner. in thesibus. Jus
gentium autem describi in genere potest,
quod plerūq; gentes cōmuni quadā
ratione atq; intelligentia ad conser-
vationem & commoditatem huma-
ni generis introducere: quod Jus gen-
tium primarium dici solet. Aliud est se-
cundarium, quod usu exigēte vel ne-
cessitate, aliquando etiā ex hypothe-
si humanæ malitiæ introductum est.
Civile, quod quæque civitas sibi con-
stituit. vide Bachov. 1. disp. Tr. 1. th. 4. lit. B.

quomodo
dicatur
sive

9. Partem internam nuncupo,
Materiam & formam. Materia est vel
subjectiva vel objectiva. Subjectiva
sunt Personæ; hæ enim jurā docent, di-
scunt, tenent; hæ jus dicunt, & judicia ad-
ministrant, & actionibus civilibus subja-
cent, his item jus dicitur, ac (ut Institutio-
nes nostras respiciamus,) de his cōditio seu
status & qualitas personis inhærens de-
monstra-

Partes internæ
sunt
Materiæ Subjectivæ.

monstratur. confer. Christ. Matth. d. loco. pag. 121. & 122.

Res objecta

10. Materiam objectivam, seu objectum exhibent Res, de quibus Personæ jus dicunt personis: item in quibus, vel ad quas personæ jus aliquod (dominii vel obligationis) quærunt & prætendunt: *varie hic iterum dissent. Dd. in comment. ad §. ult. I. de I. N. G. & C. quos sequitur Lynceus alias nectrivialiter doctus Ictus. A. Matthæi in colleg. fundam. jur. disput. 2. th. 7. Refutat autem Giphani. in Oeconom. lib. 1. Instit. n. 5.*

Forma

11. Forma, hoc est, Modus & media, quibus illi subjecto finis comparatur, sunt judicia seu Actiones.

in Degr.

Re ipsa idem sentit Giphani. l. 1. econom. nu. 5. ubi conciliat cum ista sententia Aristotelis traditionem, qui jurisprudentiæ objectum constituit negotia humana: Est scil. objectum istud nimis generale & confusum, eoque ita distinguendum: quod in negotiis humanis, seu commerciis duo se habeant materialiter. persona & res: Tertium (si ita loqui licet) formaliter: sunt enim actiones & judicia medium illud, per quod negotia ista existunt inveniunt. confer etiam Donell. 1. comment. 1. qui Ius Civile in duas partes dissepsit: Cognitionem Iuris nimirum: & obtinende eius rationem. Personæ enim de rebus inter se iudicio & actionibus disceptant. C. 1. A. d. 2. de stat. hom. Vel ut Wessemb. loquitur in w. ff. de stat. hom. nu. 1. & comment. ad d. §. ult. I. de I. N. G. & Civilis. Omne

*Actiores iudicia
Actiores iudicia
Actiores iudicia
Actiores iudicia
Actiores iudicia*

ius

Ius quo utimur, vel ad personas pertinet, quibus
ius dicitur, vel ad res, de quibus ius redditur, vel
ad actiones, sive iudicia, per qua ius redditur,
Huc pertinet definitio Iurisprudentia; quam
Bachovius 1. dispuc. Trentler. 1. d. 2. lit. A. nu. 7. sug-
gessit: quod sit prudentia, per certa remedia per-
sonis, super rebus iustitiam administrandi.

Circa qd ver
setur ius.

12. Enim verò cum (1.) omne ius ho-
minum causa constitutum sit & (2.) ho-
mines (3.) coram hominibus (4.) de iure
eorum contendant disceptentque, primo
omnium de Personarum iure dicendum
est. C. I. A. de statu hom. d. 3. Idque tum in
genere tum in specie. In genere ex-
plicatur Ius personarum, in distinctioni-
bus ac descriptionibus generalibus. tit. 3. de
Iure personarum, Vbi personæ vocabulum ge-
neraliter sumitur, & nihil aliud significat
quàm hominem. l. 1. 2. 3. ff. de stat. hom. l. 15,
C. de sacro S. Eccles. (dissentienti Wesemb. Resp. ex
Bachovio hic. nu. 2.) vox autem Iuris, statum
seu conditionem. vid. Bachov. ad pr. h. adeo-
que conjunctim ius personarum rectè de-
scribitur ab Anton. Peretz. h. quest. 1. status
sive conditio hominum, secundum quam
in hac civili societate quisque regitur.

Circa con
suetudine

Tit. 3. de
Iure Perso
narum.
qd persona

qd vox

Descriptio
Personarum

13. In specie distinguuntur homines,
(quantum ad I. Civ. attinet. v. Wesemb. n. de
statu hominum. nu. 3.) ex statu, seu condi-
tionem suam: quæ triplex est; Libertatis,
civita-

Si in h. tit.

Statu h. p. n.
triplex.

civitatis, & familiae. l. ult. de capit. minnt.
 Prima conditio est ex Iure G. Postefio-
 res ex Iure C. Ex Iure G. Personæ seu
homines, sunt vel liberi, vel servi. Et
servorum quidem (ratione conditionis seu
status) nulla est subdivisio, seu differentia.
l. 2. §. 2. de L. Aquil. Nam quod ad Ius Civile
 attinet. v. l. quod attinet 32. de R. I. nec perso-
 nam, nec statum, nec caput habere intelli-
 guntur, ex quo distinguantur. Wesem. d. loco,
n. 4. sunt ἀδελφοὶ δίκαστες ἢ ἀπεύστομοι ut Cuj,
loquitur. Liberi verò tales sunt vel statim
à nativitate sua, qui ingenui nati sunt, de
quibus tit. 4. vel ex post facto, nempe qui
liberi facti sunt per manumissionem
(seu dimissionem è manu & potestate) qua
homines libertini efficiuntur,

*Tit. 4. de
Ingenius.*

*manumissionis
in dextro fit
consentaneis
separatim.*

*Tit. 5. de
Libertinis,*

14. Hinc exponuntur manumissio-
 nis & consentanea, h. est, modi, quibus
 manumissio procedit, & libertini efficiun-
 tur. tit. 5. de libertinis & Dissentanea seu
 contraria; Contrariantur verò, seu
seu adversantur manumissioni duæ in-
primis leges, quarum altera (ab autho-
ribus S. Alio & C. Sentio Cass. nuncupa-
ta) spectat Personam manumittentis
& prohibet manumittere tum eum, qui sol-
vendo non est, ne manumissio in fraudem
credito-

*Sibi non pmissum
se manumittere.*

Creditorum cedat: tum minorem 10 annis:
nihil causas ille suæ voluntatis (manumitte-
tendi scil.) justas, apud consilium v. omnino
Theophilum hic. & Pancirollum. 2. variar. 147.
probaverit, de quibus (personis inquam
manumittentibus, seu iis qui manumitte-
re possint vel non, & de Iustis manumif-
sionis causis) agitur. tit. 6. Qui, & ex qui-
bus causis manumittere non possunt. Altera
itidem ab authoribus (P. Furio, & C. Ca-
ninio Gallo coll.) dicitur Fufia Cani-
nia, & pertinet ad manumittendo-

*Tit. 6. qui,
& quib. ex
causis ma-
numittere
non pos-
sunt.*

rum numerum, quem olim testameta-
ria manumissione excedere nõ licebat. Sed
eam legem favore libertatis Imper. (suggil-
lata superiorum temporum invidia v. §. ult.
in fin. l. d. donat. & §. 1. ibi. que enim invidia
est. l. per qu. is pers. cuiq. acquir.) tollendam
esse censuit, vti videre est tit. 7. de L. Fufia Ca-
nia tollenda.

*Tit. 7. de
Lege Fufia
Caninia
tollenda.*

15. Et ita se habet prima & summa
rerum divisio ex primo statu libertatis seu
Iure G. petita. succedit altera ex Iure Ci-
vili: Eo jure consideratur persona (s. ho-
mo) iterum vel respectu civitatis vel fa-
miliæ; prior respectus ad jus publicum
pertinet, ex eo enim liberi homines divi-
duntur in Cives & peregrinos. Cives
porro in parentes & Imperantes: Hinc de pote-
state

state tam Ecclesiastica, quam Politica tractat
 Vulteius l. Jurispr. cap. XI. & seqq. antequam
 de privata, quam appellat, potestate agat. Po-
 steriore respectu homines iterum sunt sui
 vel alieni juris. Verum de illa divisione
 hoc loco non agitur, vel quia hæc distin-
 ctio ad ulteriorem tractatum juris publici
 pertinet. Wesemb. in w. d. stat. hom. & in tit.
 qui sui vel alien. jur. sunt; vel quia tum tem-
 poris omnes ad imperium Romanum per-
 tinentes, Cives Romani erant. l. 17. de statu
 hom. Reliqua ergo manet altera. §. ult. l. de
 Libertinis personarum divisio, ex jure fami-
 liar, qua homines sui vel alieni juris di-
 cuntur.

Qui sui juris sint.
 v. n. 21.

16. Sui juris sunt familiarum sua-
 rum Principes, ut Paterfamil. & materfam.
 ex Ulpian. Instit. tit. 5. Wesemb. n. 2. w. 5. Nam
 in familia cōstituti homines, vel subsunt,
 vel præsunt. Subsunt servi & liberi. Præ-
 sunt Domini & patres. idem Wesemb. d. loco
 (præsunt autem & regunt Domini & Pa-
 tres, servos & liberos regali imperio: ipsas
 uxores civili, uti ex Arist. repetit Keckerm. in
 synopsi prudentiæ æconomicae. c. 2. p. 17. 21. n. 4.)

Qui alieni.

Quotuplex potestas.

Hinc duplex illa potestas. (Dissentit Althu-
 sius. l. Jurispr. c. 11.) Dominica & patriâ.
 De Dominica pauca quæ huc pertinent, an-
 nectuntur (quod scil. olim absoluta fuerit
 domi-

Qualis olim do.

dominorum potestas in personas & bona
fervorum: quam Imp. Antoninus Pius po-
stea coërcuerit, ita ut magistratus consti-
tueretur, qui de injuriis dominorum in ser-
vos cognosceret, qui & savitiam & libidi-
nem & avaritiam eorum coërceret. v. Senec
 3. de benefic. 2 2.) *in tit. generali, & ad se-*
quentem tractatum quoque respiciente
(qualis tit. etiam est, primus in lib. 4. in ff. tit.
de reb. credit. & alii) §. de his qui sui vel alie-
ni iuris sunt.

minorum po-
testas in ser-
vos fuerit.

Tit. 8. De
his qui sui
vel alieni
iuris sunt

in deois.

Dissentit Donellus. i. comm. 2. p. 21. cum alle-
 gari ab Hillig. lit. A. quibus adde Bernhard. Su-
 zhold. disp. Inst. 6. 2. & alios putâtes minus rectè hic
 repeti tractationem de Dominica potestate, cum
 ea proprie ad primum statum pertineat. Sed illi
 absolutam personarum considerationem, de qua
 in disensione summa actum est; à relata & respe-
 ctiva nolunt secernere. Vide Vult. 1. iurispr. c. 10.

17. De Patria potestate tractat Im-
perator itidem in genere & in specie: In
genere & summatim designatur doctrina
patriæ potestatis in causis & effectibus. Tit.
9. de patria potestate. In specie explican-
tur sigillatim causæ & modi, quibus illa
tum constituitur, tum dissolvitur. Hac
enim methodo frequenter juris conditores utun-
tur, ut inter alios Heigius annotavit: ad tit. In-
stit. quib. mod. p. p. solv. expende tr. tutelarum,
testa-

Tit. 9. de
patriæ po-
testate.

16.
testamentorum, obligationum &c. in Digestis
tr. de Usufr. pignoribus, servitutibus.

Modi qbz con-
stituatur pa-
tria potestas.

18. Constituitur autem tribus mo-
dis, quos tamen docendi causa ad unum
duntaxat possimus reducere & cum A. Fa-
bro. lib. 1. Jurispr. Papin. tit. 3. princip. 1. illat. 1.
ex l. 3. De his qui sui vel alien. dicere; patriam
potestatem constitui pr. l. d. tit. Nuptiis,
iisq; vel veris, (verè intercedentibus) quæ
iterum aut ab initio justæ sunt, aut ex
postfacto justæ efficiuntur. scil. per Le-
gitimationem (h. e. per ejusmodi legiti-
timam actionem, vel actum legitimum,
quo liberi naturales, seu ex concubina nati,
(hodiè etiam spurii) adeoque injusti, fiunt
legitimi & justi liberi; cujusmodi actus sunt

Nuptia sunt vel
re vel ficta.

Actus legitimitatis:

oblatio Curia, sequens matrimonium, tabulis
dotalibus intercedentibus, rescriptum principis
&c. (v. tit. C. de naturalibus liberis & matribus
eorum, & quibus ex causis justis efficiantur) de
quibus modis agitur in tit. 10. de Nuptiis vel
fictis, (per fictionem intercedentibus)
quod fit in adoptione, de qua tit. 11. de
adoptioni.

Tit. 10. de
Nuptiis.

Tit. 11. de
Adoptio-
nibus

ex Gregis.

Aliter A. Matthei fundament. disp. 2. th. 25.
Filijs inquit nascuntur, vel fiunt. Nascuntur ex
justis nuptiis: fiunt contracto postea matrimonio
cum concubina: & adoptione. Sed in his qua dese-
deremus colla: 10 ipsa patefaciet. Diss. etiam Al-
thus. 1. discaol. 30. de quo suo loc. 19. Est

19. Est autem Adoptio actus legi-
timus, naturam imitans, ad eorum,
qui liberos non habent, solatium in-
ventus, ut definitur à Cajo 1. Inst. tit. 5. ad-
dunt recentiores, quo liber homo in lo-
cum filij aut nepotis eligitur. Besold.
in synopsis. b. Dissent. ab hoc numero constituen-
da patriæ potestatis ternario Donellus. 2. comm.
24. qui etiam delictum seu in gratitudinem, ob
quam liberi emancipati in pristinam potesta-
tem reducuntur, superaddit. cui tamen rectè
respondet è Fabro Hilliger. ibid. quod eo modo
non acquiratur, sed restituatur potestas, que
antea ex nuptiis competeat. Adde, quod hic
modus est singularis, nec elementis conveniens. l.
un. C. d. In grat. lib.

20. De modis, quibus patria potestas
solvitur, est. *Tit. 12. quibus modis Ius patriæ*
Potestatis solvitur. ubi de morte tam natu-
rali, quam civili, captivitate, emanci-
patione &c. Atque hæc de Personis seu
hominibus alieno juri subjectis, sive ut *Vul-*
teij. & Althus. (verèor an satis concinnè? cum
oppositio terminorum minus quadrèt) lo-
quuntur: hæcenus de iis qui in domestica
potestate sunt: sequitur de iis, qui sunt in
potestate administrativa, *Althus. in Epitom.*
disc. col. pag. 17.

Tit. 12. qui-
bis modis
Ius patriæ
pot. solvi-
tur.

B

extens.

Antequam Verò hinc abeamus, notandum est
 in §. 1. A. Matthai, quem numero de. smum quin-
 tum Insti. hinc imputat, (diss. 2. fundament. 16.
 107.) quod Institutionum compositor nimis festi-
 nus fuerit in tradendo jure: quid enim inquit, ad
 cognoscendum jus patrie potestatis conferat hoc:
 Jus patrie potestatis proprium esse civium Roma-
 norum. (quod tamen ipsum quoque acciser impu-
 gnat Arnisaeus 2. relect. polst. cap. 4. sect. 1.) Ni-
 mirum non advertit Vir bonus, titulum nonum
 hujus libri esse generalem & ambitu suo tres seqq.
 complecti, in quibus quae traduntur, cerè omnia
 ad jus patrie potestatis explicandum pertinent, ut
 ex resolutione nostra & collatione rubricae tituli
 9. & 12. evidenter elucescit. (Arnisaeo ex voce ta-
 lis, in §. 2. l. de P. P. responderi commode potest.)

21. Consequens est, ut videamus de

qui sui juris s.

his, qui sui juris sunt, & hi vel in totum
plena & integra libertate fruuntur, vel
in tantum, hoc est, quadantenus cohibi-
ta. Diss. Bernh. Suthold. disput. 3. §. 2. ubi dicit,
 tractationem de tutela videri ab hoc loco alie-
 nam, cum statum non concernant, neque pupil-
 lum, minoremve à cõmunionem juris excludant,
 sed tantum ab administratione bonorum; contra
 quem notari potest l. 20. pr. de testam. & epist. ad
 Galat. 4. Cohibetur n. in quibusdam libera
illa facultas agendi quodlibet, §. 1. de iure Per-
sonar, ob ætatis, iudicii que defectum, pro-
pter quem illi ipsi suis rebus superesse non
possunt, ut adeo in aliorum tutela vel cura

eos

21
eos esse conveniat: quarum illa personam,
hæc bona principaliter concernit.

22. In tutela aliorum sunt impuberes. *Primæ tutela sunt.*
h. e. masculi infra 14. puellæ infra 12. ætatis
annum constitutæ. *Cur in tutela sint.*
Cur in tutela sint.
pr. Inst. quibus mod. tutel.
fini. ut cum per ætatem se ipsos defendere
nequeant, alii eos tueantur. §. 1. Instit. de tu-
tela. *Quæ in Cura.*
In cura sunt puberes, seu adulti. Illi
enim, tamen si 14. vel 12. annis majores sint,
tamen adhuc ejus ætatis non sunt, ut sua ne-
goria ipsimet administrare possint, unde
aliorum auxilio opus habent. *pr. Inst. de cu-*
rat. Hinc de utraq; (Tutela, in qua, & cura)
tractatur legitimo ordine: ut sc. ab initio
quidem seorsim ac sigillatim peculiaria
quæque; deinde communia conjunctim
explicentur. *Exemplo Philosophi 1. Physic. 7. &*
Imperat. §. 3. Instit. de Legat. C. 1. A. in tit. Com-
mun. prædior. §. 1. nam licet plæraque, quæ
de curatoribus constituta sunt, eadem & in
tutoribus obtineant; in quibusdam tamen
differunt, *ut ex seqq. patebit. videri etiam pos-*
set Wesemb. in c. de tut. n. 7.

23. Et ab initio quidem Imperator na-
tura ductum (quo prior est ratio impube-
rum, quam adultorum) secutus, tractat de
tutela; Doctrinam ejus usitato more ex-
ponens in consentaneis & dissenta-
neis seu contrariis. Consentanea de-

B

clarant

Tit. 13. de
Tutelis.

clarantur in genere & in specie. In genere explicantur tutelæ definitio, (de qua vide notabiliter Amayam. 1. observat. 7.) & divisio, tit 13. de tutelis. In specie per-
textuntur causæ, singulas species constituen-
tes: & constitutarum effectus, v. Matth. lib. 1.
Species Tutelæ syst. logic. c. 2. n. 15. Species tutelârû sunt tres: Testamentaria, Legitima, & Dativa; quarum illa § 1. Instit. de tutelis permissa, seu permissiva; hæ posteriores Dativæ seu Datae, nimirum vel à lege immediate, ut legitima (v. Wegn. disp. 3. Inst. 0. 2.) vel mediante & dante Magistratu. arg. §. 2. Inst. de Tutor. ut Dativa èz auctoritate ita dicta, v. Gloss. in l. 130. de V. S.

indivis.

Aliter Wesemb. & Treutl. in tractatibus. Vult, 1. Jur. Rom. 25. num. 56. plerique omnes. Aliter etiam Cujac. in lib. 38. Pauli ad Ed. l. 1. §. 1. de tutor. qui in definitione tutelæ, testamentariam & legitimam tantum demonstrari ait: Nam dativam, qua à magistratibus datur, postea demum introductam esse L. Attilia. quibus explicatio nostra etiam firmatur. Quamquam fatemur hac ad declarationem potius Verborû definitionis: quam ad inducendam divisionem novam pertinere. D. D. Locam. quæst. 41. & 44.

Test. Tut:

24. Testamentaria porro ea dicitur, cum pater liberis impuberibus post mortem suam in alterius potestatem non recasuris testamento (vel
codicis

codicillis testamento confirmatis l. 3.

de testam.) tutores constituit. §. 3. l. de tu-
tela. qui autem, quibus & quomodo testa-
mento tutores dare, qui item testamento
tutores dari possint, exponitur tit. 14. in-
scriptione nihilominus facta ab eo, quod
primo & principaliter in titulo describi-
tur: id quod aliis quoque locis fieri anno-
tavit Pacius in Isagoge sua.

*Tit. 14. quib
testam. tu-
tores dari
possint.*

25. Porro, quibus testamento tutor
datus non est. his ex II. 12. tabb. dantur tu-
tores, qui vocantur legitimi, & ipsa tute-
la legitima, (idque non exclusive, quasi
reliqua species tutelarum sint illegitimæ;
sed eminenter, vel per eminentiam, uti Vl-
pianus. §. 2. Inst. suis de tutelis loquitur, pro-
pter causam proximam, quæ est Lex, quæ
eam absque ullius facto defert, cum reli-
quas species homines deferant, lege appro-
bante & permittente) Hæc, (cum nec à We-
semb. nec à Cujac. nec à C. I. A. ad rit. l. de le-
git. tutel. nec à Besoldo in Synops. hujus tit. defi-
nita sit) ita describi poterit: quod sit secun-
da tutelæ species, ad quam, deficien-
te tutore testamentario, ex ipsa l.
agnati vocantur, qui proximum in
successione locum habituri sunt. con-
fer. Trentl. 2. disp. 8. §. 3.

Legit: Tut.

*Cur dicatur
legitima.*

Descriptio

B 3

Eadem

26. Eadem à causa efficiente non in-
commodè distinguitur (à Vulz. l. 1. B. cap. 25.
num. 89. quem suppresso nomine sequitur Jacobus
Schulz. in synops. hoc & seqq. tit.) in vere le-
gitimam & quasi legitimam. Vere

Distinctio

Tut. Stracta.

Legitima est, quæ vel ex verbis, vel ex
sententia 12. tabb. defertur; (ita: non
conjunctive, lege apud Treutl. 2. disp. 8. §. 3. lit.
G. in 8. ipsa) v. l. 6. §. 1. de V. S. Ex verbis 11. 12.
tabb. descendit tutela agnatorum, quæ ideo

*una dicuntur
actiones direc-
tae.*

real' & ideo legitima & à Vulz. directa dici-
tur, quod directis & expressis verbis legis
seu (ut Vlpianus §. 2. Inst. hic de tutel. loqui-
tur) propalam introducta sit: quomodo &
directas actiones dicimus, quæ verbis legis
comprehenduntur. v. Treutl. 2. disp. 8. §. 3. lit. G.
& hic. quanquam & ejus vocis alius usus sit,
vide Interim Paciam in notis infra de obligat.
quæ quasi ex contractu nascuntur. ad §. 1. tit. 2.

*Quomodo con-
sideratur legit-
agratore tut.*

27. Legitima agnatorum tutela confi-
deratur & ratione constitutionis, quod
scil. agnatis illis tantisper competat, dum
agnati sunt, & manent, tit. 15. de legit. agnat.
tutela. (qui ideo ibidem definiuntur, vel utri-
que definiiri possunt, cum Vlpian. d. t. quod
sunt à Patre cognati, virilis sexus: seu
cognati per virilem sexum descen-
dentes, ejusdem familiae: veluti Pa-
tres, Fratres, filii, Patruus, patruelus,

*Tit. 15. de
legit. agn.
tutel.*

Quid sint agnati

adde

adde l. 5. unde legitimi) C. I. A. de legit. tut. 0. 8.

Et ratione dissolutionis peculiaris:

proprium enim est hujus tutelæ, uti per capitis deminutionem nõ solum pupilli, (qua causa omnes tutelæ tolluntur. §. 4. in fin. Instit. quibus mod. tut. finit.) sed & ipsius tutoris

Proprium
legitima Tut

& quidem minima solvatur. §. ult. Instit. de legit. agnat. tutela, unde de capitis diminutione, doctrina incidenter exponenda fuit.

tit. 16. d. cap. diminut. Non quod capitis diminutione legitimæ duntaxat, nõ aliæ item tutelæ pereant, uti apud Giph. in æcon. hic. n.

Tit. 16. d.
Cap. dimi-
nut.

31. vitiosè legitur: Nam nec hoc Vlpian. allegato: §. excepta. Inst. tit. 12. (ita enim legendum: non. II.) ait, nec permittit d. §. 4. Instit.

quibus mod. tutel. finit. Sed uti dictum, quia hæc tutela legitima etiam minima capitis deminutione intervertitur. l. 7. d. cap. dimi-

Cur legit: Tut
minima cap: de
min. intervertat

Cum enim illa agnatis solis competat, ii verò per minimam etiam capitis diminutionem jus agnationis perdant, §. ult. l. d. legit. 7 agnat. tutel. consequens est, eos etiam tutelam, quæ Iure agnationis defertur, hoc pacto amittere, quod in Patronis. Vlp. §. 8. Inst. de tutel. & fiduciariis. tutor. v. l. 4. de legitima tutela non æquè procedit.

18. Altera, quæ non ex verbis, sed sententia, seu ratione legis descendit, etiã vetè legitima quidem est, per l. 6. §. 1. de V. 8.

Tut: Obligat

Cuius tit.

Tit. 17. de
legit. Pa-
trone, 14-
tel.

ceterum ad differentiam tutelæ directæ
obliqua dicitur, describiturq; quod sit ea
tutelæ species, quæ ex interpretatio-
ne ll. 12. tabularū, patronis, eorum-
que liberis in libertos impuberes de-
fertur. Vultej. & Schultz dd. locis. de qua est
tit. 17. de legit. Patron. tutel. Etenim quia ra-
tio ll. 12. tabb. fundatur in emolumento
successionis, ut qui sperant successio-
nem pupilli, iidem & curent, ne bo-
na eius dilapidentur. l. 1. pr. de legit. tut.
Et verò spes illa successionis competat pa-
tronis in bonis libertorum, tot. tit. inf. de suc-
cess. libert. utique etiam ad eos pertinebit,
vers. eo enim ipso. h. tit. 17.

Quasi legiti-
ma tut. 8

29. Porro quasi legitima tutela di-
citur, quæ ad exemplum verè legitimæ in-
troducitur. Vult. & Schultz. dd. locis. Idque
vel exemplo Ulpiani, qui in l. 3. in fin. de le-
git. tut. parentem liberorum emancipato-
rum vice legitimum tutorem, & Inst. suis §.
4. de tutel. per similitudinem tutorem effici
scribit: Hæc enim particula similitudinis
nota est, vid. Augustin. Barbosam de diction. usu
frequentior. in voce Quasi n. 2. §. 7. vel quia nec
ex lege, nec ex ratione legis (ut species præ-
cedentes) sed ad exemplum & similitudinē
harum introducitur. Non ex verbis, quia
v. c. pater filio emancipato agnatus amplius
non

non erat: Non ex sententia, quia lex Paren-
tibus (quippe dissoluta jam agnatione) non
perinde ut patronis hæreditatem defert. W.
in a. de legit. agnat. tutel. nu. 3. & in comment.
Inst. hic. Quia tamen pater, qui filium son-
tracta fiducia emanciparat, jus patroni in eū
consequeretur, & per consequentiam hu-
jus juris, exemplo Patroni succederet. l. 1.
pr. & §. 1. si à parent. quis manumissus: ideo
& hæc tandem moribus (ut videtur Pacio in
notis hic. Vult. d. l. & alius, Dissentiente Wegnero.
disput. Inst. 3. §. 3. lit. L. qui ex Interpretatione
prudentum derivatam putat) recepta est, &
per istas consequentias ducta, quasi legi-
tima vocari meretur.

30. Hæcque legitima tutela est vel *Scriptis.*
Parentum, vel Fratrum: illa Principa-
lis, hæc fiduciaria seu subsidiaria &
subalterna dici potest, cum Sezero in a. hic
vel cum eodem: illa moribus, hæc consti-
tutione aliqua nova introducta, argu. l. 4. C.
d. legit. tut. & textus hujus tit. quo sensu Vult.
eam describit, quod sit Species tutelæ, *Tit. 1. P. T.*
moribus introducta ad exemplum
tutelæ obliquæ, qua parentes libero-
rum suorum emancipatorum fiunt
tutores, de qua in tit. 18. de Legit. parent. tut. *Tit. 18. de*

31. Fratrum tutela peculiari & spe- *legit. PA-*
ciali *rent. tutelæ*

B S

\ etali nomine dici cœpit Fiduciaria.
 > Nam cum antea hoc nomine tutela paren-
 > tis, ob cōtractam in emancipatione fiducia,
 > (i.e. pactiones solēnes, per quas Pater eman-
 > cipans sibi expressè legitima successionis
 > jura, quibus alioquin (agnationis jure per
 > emancipationē sublato) privatus fuisset, re-
 > servabat, ac ea fiducia filiū manumittebat; v.
 > *wesemb. & Mynsin, hic*) appellaretur. *Vlpia. d. l.*
 > §. 4. Postea vero ex Scto omnia penè suc-
 > cessionis jura, quæ Patrono in liberti bo-
 > nis essent attributa, ad patrem manumisso-
 > rem etiam porrigerentur, & semper fiducia
 > intercessisse fingeretur: nomē hoc in ea spe-
 > cie per nomen nobilius legitimæ, vel quasi,
 > extinctum, ad hæredes filios, parentis tuto-
 > ris transmissum est. *wesemb. d. l.* Et nomen
 fiduciariæ contractus atq; angustius effec-
 tum fuit. *C. I. A. de leg. tut. θ. 15.* Simplicius alii,
 appellationis causam à fiducia deducunt,
 quam lex in patrem aut fratrem collocavit.
Theophil. & τὸ ἀπὸ μέρους ἐπιπέρας. Baro. Reuf.
Ant. Perez. qui hanc rationē priori præferūt,
 quas tamē refutat Bachov. *h. n. 2.* ¶ Nos
 utranq; causam jungimus. Licet n. Fi-
 duciaria rectè à priori ita appellata dicatur
 > per naturam successionis, & surrogationis,
 > uti dictum; tamen & ab adjuncto potest ita
 > appellata videri, propter fiduciam, quæ in
 > fide & Industria fratris collocatur. *wesemb.*
 > *in α. de legit. tutel. nu. 4.* Describi autē potest,

quod sit tutela quasi legitima, qua (1.) ali- *Quid sit Fid. Tut.*
quādo pater filii sui, quam avus ante ipsum
emancipavit, decedente avo, qui tutor ejus
fuerat, alias (2.) fratres majorenes fratrum,
aut (3.) filiorum fratris emancipatorum &
impuberum defensionem suscipiunt v. Gi-
phan. & Bach. in comm. h. de hac in tit. 19. de fi-
ducia. tut. tractatur.

*Tit. 19. de
fiduciar.
tutel.*

32. Quod si cui nullus (nec Testa-
mentarius, nec legitimus) tutor esset,
ei à magistratu tutor dabatur, in urbe
quidem à Prætoꝛe & majori parte Tribu-
norum plebis, ex L. Attilia, qui tutor hinc
Attilianus dicebatur, per tex. hic, Ulpian. §. 17.
Inst. 5. de tut. In provinciis à Præsidibus, ex
lege Julia & Titia, de qua tit. 20. de Atil.
tutor. & eo, qui ex lege Julia & Titia dabatur.
Hinc dativa in specie & in significato po-
tentiores sic dicta (non à Dd. uti Pacius in Isa-
gog. hic scribit, sed à ll. ipsis. l. 52. C. de Episc. &
cleric. l. 7. rem pupilli salvam fore l. ult. C. de le-
git. tutel. Sezer. in w. hic. C. 1. A. hic §. 1. addel.
ult. C. de autorit. præstand. & Authent. matris
& avie C. quando mulier officio tut. fungi po-
test.) vel etiā Honoraria à causa efficiente
h. e. magistratu, honores gerente & tutores
istos constituyente, ita appellata (à Cujac. in
w. de tutel. wesenb. in œcon. hic. Tametsi ho-
norarii in jure, l. 3. §. 2. de administr. tutel.
longè

*Tit. 20. de
Attilian.
Tutor. &
eo, qui ex
L. Julia &
Tit. dabatur.*

longè alio sensu dicantur, nempe ut acta gerentibus opponantur. v.l.14, §.1. de solut. Cujac. in comm. de administrat. & peric. tut. Wesemb. in w de tut. n. 12.) v. §.2. Instit. de Iure N.G. & Civil. & describi solita, quod sit ea tutelæ species, cum deficientibus Te-

Cuius sit tut. Tut.

stamentariis & legitimis, Magistratus cui id specialiter datum est, ad petitionem matris, aut propinquorum, vel his cessantibus, ipse ex officio, Tutorem impuberi constituit.

33. Et hæc, de singulis tutelarum speciebus, quantum ad ipsarum naturam & constitutionem explicandam attinet: sequitur constitutarum effectus, qui est Autoritas à tutoribus pupillo præ-

Effectus tut. con. tit. 21. de Tutor.

standa, de qua est tit. 21. de autoritat. tutor. Suscepta enim tutela, tutoris officium partim in administratione, partim in autoritate

Tit. 21. de autoritat. tutor.

præstanda consistit. Wesemb. in w. de administrat. & pericul. tutor. n. 1. De administratione hoc loco nihil agitur, vel quia hic ea tantum tractatur, quæ principalia & præcipua sunt, quomodo posterius caput huc pertinet;

In 16. consilia offi. cum tutorij

(cum enim persona pupilli defendenda tutor principaliter, rebus per consequentiam detur: palam est, Personam defendi & asseri maxime notabiliter authorando eam, & actum quemque legitime

legitimando) vel quia administratio potissimum ad curatorem pertinet. l. 20. de ritus Nup. Adde quod illud ipsū, (quomodo sc. de ea quisq; teatur,) partim inter communia §. 2. Inst. de sardat. tut. vel curat. partim in propria obligationum materia §. 3. Inst. de obligat. que quasi ex contract. nascunt. indicatur. videlicet interim Treutl. 2. disp. 8. §. 6. ibi: in persona pupilli rectè educanda, alimentis congrue decernendis. Ergo rectè hic illud potissimum exponitur, qualis sit tutorū in pupillos potestas. Wegner disp. 3. §. 4. lit. e. ubi autoritatem definit approbationem tutoris expressam, eius, quod pupillus ipso presente gessit, perfecto (mallem, in ipso) negotio interpositam.

34. Consentaneis ita utcumq; perulustratis, sequuntur contraria seu modi, quibus tutela finitur: uti sunt ex persona pupilli (1.) pubertas. (2.) capitis diminutio. Ex persona utriusq; h. e. pupilli & tutoris, mors naturalis & civilis, qui modi cum aliis exponuntur in tit. 22. quibus modis tutela finitur.

35. Postquam ea, quæ de de tutoribus seorsim, in consentaneis & dissentaneis ab Imperatore proponuntur indicavimus: sequitur jam non nulla de cura & cura

Quid sit tutela
falsitas

Tit. 22. quibus
modis
tutela finitur.

Tit. 23. de
curatoribus.

Quid Cura sit.

& curatoribus. in tit. 23. de curat. Est autem cura seu curatio (rubric. de tutel. & ration. distrab. & utili curat. caus. actio. l. 1. pr. & §. 1. de curat. furioso.) Potestas d. l. l. administrandi substantiã l. 6. §. 4. de tut. Ne contr. l. 20. de rit. Nupt. eius, qui vel per ætatem, vel per vitium animi, aut morbum corporis, rebus suis superesse nequit. pr. & §. 4. h. 6. Contraria hujus doctrinæ, partim ex superiori titulo §. 3. & 4. (qui tamen potissimum de contrariis tutelæ agit,) partim ex seqq. colligi possunt.

exhibens.

Hoc autem loco, Imperatorem in describendo jure errare tradit. A. Matthæi, disp. 2. fundam. 0. 108. Incip. decim^o sextus nactus: falsissimū enim fieri ex collat. l. 1. §. ult. de Minor, quod in §. 2. hic dicitur: inuitos adolescētes curatorem non accipere. Resp. est in argumento paralogismus ignorati elenchi, cū in singulis istis locis sermo sit, utriusque rei. Et enim ab inuito quidem inuita adolescētes curatores non accipiunt. d. §. 2. nempe a magistratu, de quo dixerat in §. 6. precedente l. (Et Ulpiani etiã temporibus, eos curatores nō semper habuisse, patet ex l. 7. §. 2. de Minor. l. mutus 43 §. 3. de procur. & rexi. alis) Caterum ubi jam semel non inuita curatores acceperūt, tum certe eorum auxilia & ipsi regendi sunt, nec ante legitimam ætatem eis administratio rei sua committenda est. de hoc enim casu in hoc §. ult. cogitasse juri autorem, ostendit l. 2. eiusd. tit. qua per conjunctionem cum eod. §. continuatur. Aliter Resp. Tim. Faber. disp. 9. th. 2. Buchov. Inst. h. t. p. 198. quos Vide.

36. Extremo loco succedunt ea, quæ

Inuiti adolescētes
& curatores
a Magistratu
non accipiunt.

utrinq; & tutelæ & curæ communia
sunt, arg. rubr. & pr. Inst. de satisfd. tut. vel cur.
(ea n. tantū communia hic tractati notandū
est; sunt a. præter ista in rubr. indicata alia
quoq; communia, nimiram Inventarii con-
fectio. & Juratoria cautio. v. Treutl. d. disp. 3.
D. 5. lit. D. & C. Nam & tutor & curator, an-
tequam munus subeant, inventarium con-
ficere, ac pupillis & minoribus Iuramento
& satisfdatione cavere tenetur. W. in c. d. tut.
n. 5. sed priora ad ulteriorē ff. tractationem
remittuntur.) Communia illa pertinent vel
ad consentanea tutelæ & curæ, vel ad
dissentanea. Ad consentanea pertinet
satisfdatio, scil. rem pupilli & minoris sal-
vam fore, de qua tutorum & curatorum
satisfdatione extat. tit. 24.

37. Etenim, ne bona eorum, qui sub tut-
tela vel cura sunt, temere consumantur, vel
diminuantur, tutores & curatores omnes
(exceptis iis, qui ex testamēto, aut ex inqui-
sitione dati sunt, notabiliter enim præmo-
net Imp. in pr. h. tit. hoc non esse perpetuum
& regulare, ut tutores & curatores omnes
satisfdent:) tenentur satisfdare. Est autem
satisfdare, stipulanti pupillo, aut co
absente vel non valente, servo ejus,
vel, nec eo existente, publico servo
aut Notario, vel deniq. ei, quem Præ-
tor ad

Comunia ex
rubr. & tutelæ & curæ.

Comunium ca
satisfdatione

Tit. 24. de
satisfdatione.

Tut. vel curæ
rat.

Quid sit satisfdare.

22.
tor ad hoc dederit, promittere, se pre-
stiturum pupillum indemnem, datis
in eam rem fidejussoribus. *W. in w. h.*
rem pupill. vel adolesc. salvam fore.

*Corruptum de
contanea*
38. Ad dissentanea utriusque tutelæ & curæ
pertinent modi, quibus ex finiuntur (ita legeris
rectius, præ causis apud *Wes. in w. de diffus. tut.*
nu. 1.) quorum ut generaliter definiamus, duo
sunt, Excusatio & Remotio, vel clarius è *S.*
ult. Inst. quib. mod. finit. tut. definunt & tutores
& curatores esse qui vel remouentur à tutela
ob id quod suspecti visi sunt, vel qui ex iusta cau-
sa se excusant. Tutelam enim delatam remouet
à volente & desiderante hanc remotione; excu-
satio iusta & rectè introducta; *vid. Hillig. 3. Dō-*
nell. Enucleat. 9. sed ab invito etiam tutela au-
fertur, ex causis iustæ suspicionis, seu tutore su-
specto reddito. *ibid. c. 10.* vel ut *Vult. l. l. R. 15. n. 28.*
scribit: cum tutela & cura munera sint, si non ve-
rè saltem quasi publica; is qui tutor, vel curator
darur, etiam esse cogitur; nisi ob causam vel ipse
se excuset, vel à Magistratu remoueat.

*Tit. 25. de
excusat.
Tut. Vel
Curat.*
39. De excusationibus tutorum vel Curato-
rum agitur *in tit. 25.* Est autem Excusatio ju-
stæ alicujus causæ allegatio, per quam quis
delatam sibi tutelam deprecatur, & ejus
onere se liberari petit. *Wesemb. in w. de excu-*
sat. tut. Vel curat. n. 1. ex quo *Trencl. disp. 9. 0. 1. 2.*
Suspectus vero is dicitur, quem suspicio est,
fraudulenter vel negligenter in tutela vel
cura gerenda versari. *S. 1. Inst. hic. Wesem. in w.*
de susp. tut. n. 2. Vult. de lib. n. 46. de his agitur *in*
tit. 26. de suspect. tutor. Vel Curat.

Et sic finimus, cum lib. 1. Element. juris.



ELEMENTORVM
JVRISPRVDENTIAE ME-
thodicæ, à variis impetitioni-
bus liberatæ,

PARTICVLA II.

Respondente

IOHANNE SEBASTIANO

Gambfio.

Petrus Gregorius Tholosanus *in*
syntagmate juris civilis lib. 7. c. 1. vers. mea
sententia. eo quoq; nomine vellicat carpitq;
Iustinianeum ordinem, quod Imp. prius de
personis quam de rebus agere instituerit,
cum tamen hæ illis simpliciores sint; sim-
pliciora autem primo loco tractanda ve-
niant. *Consentit Althus. i. dicaol. i. D. D. Finckel-*
thns. disp. feud 3. prafat. pro quibus fac. quod in
Cod. prius de fide Cathol. & de Eccles. quam de
personis Ecclesiasticis, veluti Episcopis & clericis
tractatur. Verum ea ratio non moyetè nos
debet, quo minus Iustinianeum ordinem
teneamus & tueamur; quippe cum illud ex-
ploratum sit, quod in practicis disciplinis
versantibus, non tam synthetica quam ana-
lytica

lyrica methodus in universum observanda
 veniat, *Arnsf. lib. 2. relect. pol. lect. 3. nu. 3. & 13.*
 Adde quod absurdū videbatur, de personis,
quarum causa omnes res creatæ, & omnia
jura constituta sunt §. *omne autem jus. 12. de I.*
N G. & C. §. 38. l. b. t. 1. l. 2. ff. de statu hominum
ultimo loco agere? *Dion. Goth. ad l. licet 42.*
pr. de procurat. C. l. A. de accus. §. 1. ad quam
 rationem non habet *Gregorius* quod repo-
 nat: nisi quod faciliorem viam discendi pu-
 tat futuram, si à rebus initium fiat, *contra l.*
quidam 14. de jure Codicill. fac. l. 4. de testam. l.
34. soluto matrim. Consideremus ergo fa-
 vente domino ea, quæ consequenter de re-
 bus à *Iustiniano* proponuntur.

Thefis I.

*Rei vocabulum
 inter transcenden-
 tia refertur.*

Rei vocabulum non apud philoso-
phos solum inter transcendentia refertur;
ut quod in omnibus prædicamentis efferri,
& de nullo non subjecto prædicari possit:
 (omne enim quod est, rei nomine & appella-
lione demonstratur *Scalig. 7. Poetic. 2. &*
lib. 3. poet. 4.) verum etiam in juris nostri
 commentariis latissima significatione se ef-
 fundit. *Dn. D. Meier. in comment. MS. ad pr. l.*
de R. D. Harprecht. ad pr. l. ibid. nu. 4. v. l. 51. de
V. S. Itaque non immerito *Imp.* antequam
 de jure rerum ageret, rerum ipsarum divi-
 sionem & distinctionem aliquam præmisit.

2. Præ-

2. Præcipue autem (si *Gæddeen* sequimur *in l. rei. 23. de V.S.*) duplicem in jure nostro habet significatum: aut enim id, de quo tanquam subiecto queritur, designat, (& hoc loco omne illud quod non est persona *Althus. 1. Jurispr. Rom. cap. 2.*) aut causam ob quam. Prior significatio tam ad corporalia, quam ad incorporalia spectat *l. rei. 5. d. t. Causa ad acquirendum, conservandum, omittendum. idem ibid. per l. ult. de LL.*

Duplex significatio
rei.

3. Acquirimus autem, conservamus, aut amittimus jus vel in re, quod dominium appellatur, vel ad rem, quod obligatio dicitur.

Quomodo
acquiratur

videtur.

Distributionis istius termini non tantum accuratissimis Ictis probantur. *loh. Fab. ad pr. l. de O. Ves. & Bacho. ibid. Donello 12. comment. 1. Vinnio lib. 2. Jurispr. contracta cap. 1. Althus. 1. Jurispr. Rom. c. 5. Suiholt. dissert. 4. aphorism. 2. Sed & moralistis, sive ut saluari cupiunt, Theologis moralibus, in messem non suam, falce in ineptam mittentibus, uti videre licet apud *Molinam tom. 1. de l. & l. tr. 2. disput. 2. Lessium. lib. 2. c. 2. dubit. 2. n. 11. & 12. Laymannum lib. 3. tr. 1. c. 5. & c.* Nihilominus alii methodi rationem ex fin. tit. 2. de reb. corp. & incorp. petere malunt *vid. Giphani. lib. 3. Oecon. juris nu 18 ibi: ex quinque rebus incorporalibus, supra propositis, exposita sunt quatuor: restat jam quinta, nempe obligatio. quos bene refutat Bacho. in comment. ad pr. de Oblig. indicans alius continuationem istam & ex ipso S. ult. l. de l. N. G. & C. repetendam esse. frustra**

confusionem progredi cupiamus. Quanquam utramque rationem liceat conjungere, cum Hortens. ad pr. l. de Oblig. Certe qui tertiam hinc juris partem ordiuntur, ea ratione abusi, quod mater actionum sit obligatio; post Accurs. & Hottom. ad princ. l. de obligat. Egenolphus lib. 3. Anal. Inst. tit. 13. in fin. nimis crasse errant, cum non sola obligatio mater sit actionum, sed & jus in re: cumque modus considerandi omnino sit observandus & discernendus. & omnino Cujac. ad pr. tit. ff. de O. & A.

Quid sit jus in re. 4. Jus in re, est jus circa rem aliquam, ad quod res ipsa devincta est;

expectatis.

Probat hanc definitionem, quæ Molinæ est, Suthold. d. th. 2. Ab eadem tamen discedit Laimannus d. loc. qui jus in re illud dicit, quod tribuit actionem realem, quæ dicitur rei vindictio: Lessius: quod tribuit actionem realem, & rem obligatam habet. Sed præterquam quod hæc descriptio tantum ab effectu est petita, illa adjectio Lessii, jus in re & ad rem potius confundit. Accuratiores certe à tantis Philosophis (atque una eademque opera Theologis, & Moralistis, & Jurisconsultis, & pluribus si vellent notandis elogiis,) principia expectabamus.

Quotuplex jus in re sit.

5. Porro jus in re quadruplex nonnulli comminiscuntur: Dominium, servitutem, possessionem & pignus. Bernh. Sutholt. d. disp. 4. th. 2. fin. (Quemadmodum etiam quadruplex in re actio ab aliis traditur; Proprietatis, servitutis, possessionis & pignoris. Wes. de R. V.

n. 6.

n. 6. & in Com. C. n. 7. Cuj. in Nov. 69. quintu-
plex: aut n. Dominiū inquit, vindica-
tur, aut servitus, aut hypotheca, aut
possessio, aut fines. vid. not. ad C. l. A. de R.
V. d. 2. & 31. Hoc loco in materia acquisitio-
nis, de prima, propria & potissima specie
tractatur,

*Derivatio Do-
minij.*

6. Dominium alii aliunde derivant,
vid. C. l. A. de A. R. D. d. 2. n. 3. A don o com-
muniter; græcis enim *δῆμος* est à *δῆμος*, ex-
truo, ædifico. Verum P. Gregorius I. *Syn-
tag. cap. 12. n. 2.* hoc rejicit: quia non statim
qui ædificat dominus fit; sed à *δομα*, ò tra-
hit, quod subjicere & domare denotet. At-
qui *δομῶν* rei *δομῶν* dicere debebat: Sed
hoc priori syllabæ domini non ulque con-
venit: nec appellandi rationes exacte qua-
drare necesse est: sit ergo dominiū à domi-
no, dominus à domādo sive subjiciēdo, hoc
à domo: quia certe is dominus est, qui in do-
mo dominium habet. l. 195. §. 2. v. pater de V. S.

*Quid domjri-
um sit.*

7. Est autem dominium ius in re,
quo res cuiusq; propria est l. cum duo-
bus. §. 10. ibi: deinceps rem propriam habe-
bit. pro socio l. 13. de A. R. D. l. 13. C. de poen. C. l.
A. d. loc. de A. R. D. th. 3. Aliter definitur A.
Mattheo. disp. 26. fundam. th. 10. Nempe pote-
stas de re pro arbitrio disponendi.

*Quib. modis acq-
vatur dominium*

8. Dominium istud aliis modis ac-
quiri

28.
-quiritur iure gentium, aliis iure Civili.
§ *ultim. l. de usu & habit.* iure gentium
aliter acquirimus res corporales, aliter
Quid sint res cor- incorporales. Corporales sunt, quæ
porales. sui natura tangi possunt, ve' uti ho-
mo, fundus, vestis. C. l. A. de R. D. th. 41.
Quid sint incorp. Incorporales quæ sua natura tangi
non possunt, qualia sunt ea quæ in
iure consistunt. C. l. A. d. lo. 9. 46.

Tit. 1. lib. 2.
Inst. de re-
rum divis.
& acquir.
ipsar. do-
minio.

9. De dominio, quo iure G. res corpo-
rales acquiruntur, agitur tit. 1. ita tamen, ut
quia non omnes res sub acquisitionem ca-
dunt pr. Inst. b. earum divisio veluti præco-
gnitionis loco præmittatur, tum demum
modi acquirendi sigillatim subiiciantur: qui
facile ad unum summum genus revocari
possunt, nempe traditionem (*arg. l. 7. §. ult.*
de procurat. l. 20. C. de pact. Vult. 1. Iurispr. 69.
1. Diss. Dd. contra qui plurimos simul proponunt:
A. Matthai quinque tr. fundam. jur. disput. 25.)
quæ includit etiam ex altera parte, ut no-
men *ovvexēs* & respectivum, acceptationem
ut in simili, de persona pupilli, docet Cujac. lib.
38. ad Ed. Pauli, & tradi solet in feudis de inve-
stitura. Hinc tit. inscrib. de rerum divis. & ac-
quir. ipsarum dominio (adde inf. th. 23.)

10. Eadem ratione antequam de in-
corporaliū acquisitione agatur, præ-
mitti-

mittitur declaratio aliqua, per distinctionem à corporalibus, per definitionem item & exempla rerum incorporealis (quod cum minus expenderet A. Matthai disp. 2. fundam. 8. S9 haut dubitavit quartum hunc navum institutionibus imputare, quod rerum divisiones non una serie doceantur, sed interjectis dominiorum acquisitionibus, conf. inf. tit. de hered. qual. & different. aliud v. patefacit analysis) tit. 2. de reb. corp. & incorp.

Tit. 2. de reb. corp. & incorp. lib. 5.

Pot. sing. species Rev. & corp. qua.

II. Subjiciuntur deinde modi, quibus potissima species rerum incorporealis acquiritur, nimirum Servitus. Nusquam enim evidentius apparet, quemadmodum res incorporeales etiam jure G. nostrae fiant quam in servitutibus. Bernh. Suthold. disp. 5. th. 7. Quanquam fatendum sit, non solum per quasi traditionem, sed & per usucapionem (scilicet recte per longam q. possessionem vid. C. I. A. de serv. 8. 33. & seqq.) servitutes acquiri cepisse. vid. eund. Suth. 8. 2. lit. A. & Valent. Riemerum dec. 9. q. 3. & seqq. quin & potissimam tractationis partem in explicanda servitutum natura Imperatorem consumere, minimam vero acquirendam rationi impendere. Hautdubiè propter rei difficultatem, quam per indicem hic designasse, satis erat. Nimirum ita jure nostro obtinet, inquit Bachov. disp. 4. de Actionibus. th. 3. pr. pag. 112. ut in omnibus, quae hinc traduntur, hinc

Imperatoris consideratio de servitute

40.
acquiruntur, justam causam titulumque,
& traditionem aliquam proportionatam
intervenire oporteat: hoc in rebus corpora-
libus evidentius est, nec minus tamen etiam
contingit in rebus incorporalibus: veluti ser-
vitutibus, quæ præcedente aliqua causa &
sequente non quidem naturali, sed subtili
quadam traditione & apprehensione, quam
natura earum admittit, acquiruntur. Ita
ubi actiones transferendæ sunt, etiam ali-
quid simile traditioni intercedere oportet.
Hac ille,

12. Servitutes autem, ut ad institutum
*Quomodo servitutes revertantur, hic intelligendæ sunt, non
ut actus intelligantur* quas homo homini ratione status sui, de-
bet, ut lib. 1. Ex enim à subjectis recipienti-
bus appellationem sortiuntur, *hoc est, à servis,*
in quos hæc cōditio cadit: sed ubi prædium aut
homo, nõ domino aliquid præstare cogitur:
appellatione facta à subjecto occupante: seu ut
simplicius re expediã, non hic egitur de servitute
quæ opponitur naturali libertati §. 2. l. de l. pers.
sed tua res aliena, que est in dominio, veluti ho-
mo alienus, aut prædiũ alienũ, servit non domino
C. l. A. de usufr. §. 2. & de stat. hom. §. 10. Ut enim
homo amissa libertate servitutẽ servire di-
citur: ita res quælibet, quæ alteri quam do-
mino suo subest, servitutem atq; obedientiã
quodammodo debet. Wes. in π. de usufr. n. 2.
Vnde servitus hoc respectu definitur jus
seu

seu qualitas sive habitus. C. A. de servitut. th. 3. *quid sit Servit.*
in re aliena alteri constitutum, cuius
vi & potestate res ea alteri prædio vel
personæ servit, *conf. Wegner. disp. 5. §. 1.* Re-
stricta nimis est *Besoldi* definitio in *synops.*
tit. 3. est jus quo res aliqua servit. po-
test enim intelligi etiam res sua; hæc autem
nemini servit. *l. 26. de S. P. V.*

13. Hinc dividuntur servitutes *l. 1. de*
servit. à subjecto dominante *vid. not. ad C. l.*
A. de S. P. V. §. 10. quod debeantur vel rebus
potissimum, seu prædiis, vel personis:
illæ à re vocantur reales, seu prædiales,
l. 1. Comm. præd. hæc personales. *Wes. d. lo.*

de his Servitutib.

14. Reales seu prædiales sunt ejus-
modi jura & onera, quæ prædio ser-
vienti incumbunt & inhærent, & al-
teri prædio dominanti debentur, si-
ne quibus duobus correlativis stare
hæ servitutes non possunt. *Wesen. d. lo.*
num. 3. C. l. A. comm. præd. §. 1. Suthold. d. loc.
§. 10. paulo concinnius definit: eas esse, quas
prædium debet prædio, ita ut unius
prædij jus augeatur alterius dimi-
nuatur.

Servitutes reales qd

15. Eæ itorùm à qualitate subjecti di-
stinguuntur, ut quemadmodum prædia vel
urbana sunt (quæ scil. ad habitandum

Subditio realis qd
nititur.

Prædia urbana.

Prædia rustica

præcipue sunt ædificata, non solum in oppidis; sed & in vicis & villis § 2. I. de servit.) vel rustica, quæ fructuum colligendorum gratia quocumque loco construuntur l. 16. C. de præd. min. l. 198. de V.S. (ubi Icius distinctionem à materia deducit, quam Cujac. nimis duriter de qualitate, Gædæus inconvenientius de forma, rectius autem Lyoluma 4. membranarum 8. de materia objectiva, seu rebus circa quas prædium versatur, exponit.) ita & servitutes hæc reales & prædiales, sint vel urbanorum prædiorum, vel rusticorum. Wes. parat. C. de S. V.P. de utrisque agitur in tit. 3. de servit.

Tit. 3. de servitutibus. Person.

16. Servitutes personales sunt, quæ personis debentur, & sine persona utentis esse non possunt: seu ut brevius Suthold. §. 32. quæ à re debentur personæ. Harum tres recensentur: Vsufuctus; Vius & Habitatio. Quarum illa plenissima §. 1. de usu & hab. de qua tit. 4. de usufr. reliquæ duæ species minus plenæ sunt, de quibus tit. 5. de usu & habit. de operis serv. vid. C. 1. A de operis serv. th. 1.

Tit. 4. de usufructu

Tit. 5. de usu & habitatione.

17. Et hæc de acquisitione juris. quæ res vel corporales vel incorporales acquiruntur: sequitur acquisitio jure civili prodita, quæ pro diversitate objecti velest

Acquisitio ex jure civili

ve est singularis vel universalis. Quam-
quã enim res jure gentiũ uniformiter modis
particularibus fere adquiruntur, uti dixi-
mus: iure tamen civili acquisitio diversi ge-
neris est, nempe singularis (quã ideo priore
loco explicatur) & universalis quã utpote
diffusior, deinde longa porro serie subji-
tur *vid. Pac. in Isag. l. lib. 2. tit. 6.*

ex d. 15.

Qua in parte notanda est & definitio termi-
norum & differentia utriusq; acquisitionis. Quod
terminos ipsos attinet, tenendum, singulas res
hoc loco dici, quã per se solã ac separatim
absque commodis & incommodis aliis ad
eundem hominem spectantibus aut relatis,
considerantur, v. g. homo, equus, fundus, talis
qualis est, citra coherentiam aliorum vel corpo-
rum, vel juriũ consideratus. *pr. l. de sing. reb. ac
per fideic. relicto. Dn. D. Locamm diff. solenni de
causis action. Anno 1626. habita th. 14.* Univer-
sas autem res, sive universitatẽ, accipimus,
totum aliquod collectivum, sive (ut *Dn. D.
Locammerus d. lo. nominat*) massam bonorum
quã cuiusq; sunt aut fuerunt, non tantum
commoda, *hoc est res tam in dominio quam ob-
ligatione positas (ut debita & credita)* comple-
ctens: sed & onera sive incommoda *l. 3. pr. de
b. p. l. heres. 37. de O. & A.* veluti hæreditatis, sive
ea in universum ut tota, & integra considerẽ-
tur: sive pro rata & in plures partes ejusdem qua-
litatis dispersa. *vid. Wesenb parat. Si pars hered.
per. subtilis. Horsensius in comment. ad S. si quis
num.*

77
 114. §. 1. de fideic. hered. dicitur nomen rei singulariter
 naturale esse, neque rem naturaliter designat, am-
 decrementum recipere, nisi naturale; id est, cum
 res naturaliter aut casu sit deterior: Caterum si-
 militer aut extrinsecus nihil recipere, puta non de-
 trimentum ab are alieno, neque incrementum ab
 eo quod hereditati debetur. Hereditatis autem &
 similibus modorum nomina civilia esse: quippe à
 jure civili virtute pradiata singulari. l. hereditas.
 50. de hered. pet. Hinc facile est colligere qua-
 ratione modi hi inter se differant: nempe quod per
 modos acquirendi singulares regulariter non ni-
 si res singulæ adquirantur, idque adeo, ut adqui-
 renti rem singularem, ista adquisitio ultra rem
 acquisitã utilis aut damnosa esse non possit (Hæc
 inquam regulariter potest tamen fieri, ut univer-
 sitas aliqua bonorum his quoque modis transfera-
 tur postea donatione l. 35. §. 4. C. de donationib.,
 legato §. 3. l. de fideic. & §. hered. fideicommissi
 t. t. de fideicom. hered. Wesemb. parat. quod leg.
 Locam. d. lo. Quanquam ideo non statim sequi-
 tur ex singulari titulo fieri universalem. argum.
 No. 15. c. 3. princ. l. ult. in fin. de except. rei vend.
 Osterman in rationalibus §. ultim. per quas per-
 sonas) Per modos autem universales omne com-
 modum & incommodum rerum acquirarum ad
 acquirentem devolvitur. l. 3. pr. de bon. p. l. 178. §. 1.
 de V. S. Vid. §. 9. l. de fideic. hered.

18. Circa acquisitionem singularem
 notantur & formæ ipsæ, seu modi ac-
 quirendi, & personæ in acquisitio-
 nem venientes. Ad hoc enim ut quis
 fiat rei dominus, non sufficit rem esse talem,
 quæ acquiri possit, & justum acquirendi
 modum

modum intercessisse; sed requiritur insu-
per, ut personæ sint tales, quæ alienare &
acquirere possint. *Sutholt. diss. 6. th. 56.* Sunt
enim qui tamen veri domini sint, aliena-
re tamen rem non possunt; & vice versa, qui
rei domini non sunt, tamen aliquando alie-
nandæ rei potestatem habent: *Idem ibid. 3.
46. pr. l. h. t.*

19. Modi acquisitionis singularis
(non cujuslibet, sed ejus tantum quæ inter
vivos est, Nam de legatis & fideicommis-
sis alio loco commodius agatur, *vid. §.
ult. l. per quas pers. cuique acquiratur*) duo
proponuntur (mancipatio enim, in jure
cessio, & alii, de quibus *Vlp. tit. 19. l. jam*
tempore Iustini exoleverant,) nempe
usucapio & donatio.

EX SECTIS.

Malè autem donationem inter modos acqui-
rendi juris civilis & quidem rerum singularium
referri, disputat post *Cuj. sc. 10. Obser. 28. A. Mat-
thæi Colleg. 13. Instit. diss. 6. th. pen.* Malè inquam
inter modos acquirendi: quia antea relatâ fuerit
inter acquirendi causas *§. 41. Vers. sed si quidem.
l. de R. D.* cujusmodi etiâ rêvera sit, cum stipu-
latione perficiatur. *l. eum qui. 22. de donat.* aut
pacto *l. si quis. §. 6. C. cod.* quam antinomiam
tanti æstimat, ut frustra conciliatio quærat.
Resp. nihil vero est quod facilius expedire liceat:
Nimirum donationis vocabulum est polysemon,
& implicativum, quod simul & causam remotam
& proximam quandoque notat: Vt enim vox
pigno.

pignoris, mutui, feudi, precarii & similes & contractum & rem simul denotant; & *diff. 1. de suffrag. l. 9.* Ita vox donationis & stipulationem siue promissionem de donando, & ipsum donandi actum metonymicè designat *Buchov. 2. diff. 19. rh. 1. pag. 17. conf. A. Fabr. 45. de error. pragmat. cap. 8. l. 14. de precar. paulo aliter ipse Matthaus postea rem definit, fundam. jur. disput. 26. rh. 9. elegant. Tim. Faber. diff. 7. h. 1. p. iore modo sumitur in d. § 41. posteriore, hoc loco. Quod autem inter modos acquirendi Iuris & quidem singulares recensetur, id porò ita impugnat. *Aut. Matth. in lib. de fundam. juru diff. 18. rh. 14. Et in Colleg. Inst. 1. diff. 7. d. 16. edit. Get. Etenim, inquit, donatio consideratur vel ut conventio, quatenus aut nudo pacto aut stipulatione perficitur & hactenus ad obligationes pertinet; vel ut acquisitio dominij, & tum perficitur vel nuda traditione, & hactenus est juris N vel mancipatione & cessione in jure. (Nota Matthaus ipsum superiorem rationem firmare) & hactenus tantum est acquisitio civilis. Deinde non solum singulares per donationem transferuntur, sed & bonorum Universitas. Respondent nonnulli ad prius Donationem ad modos acquirendi juris Civilis singulares referri, quoad duas species, Mortis causa donationem *Perez in con. inuat. tit. 7. de qua ideo Imperator priori loco dicat, & sponsalitiã largitatem post Wesf. & al. h. Osterman. in rationalibus ad r. 1. de donat.* Alii solennes illos modos mancipationis & cessionis in jure excusationis gratia obtendunt. *Bernb. Surholt. diff. 6. rh. 36.* Verum quia eæ species donationum, improprie sunt, mirum fuerit, si propter eas genus ipsum ad hanc sedem retulerit Imp. Itaq; simpliciter dicere malle, licet donationis materia in jure G. fundata sit, *l. 1. §. 1. de precario juncta l. 14.***

l. 14. §. 11. *de furtis*; tamen quia varie à Iustiniāno
& quidem ita informata fuit, ut revera perfe-
ctionem suam ex jure Civili habeat. *Vid. Bachov.*
2. *disput.* 19. s. 1. *dit. R.* ideo eam merito juri Civi-
li adscriptam. *Valent. Guilhelm. Forsterus disput.*
10 q 3. Siquidem juris Civilis non illud tantum
dicitur, quod ab eo inventum; sed & quod ab eo-
dem informatum fuit l. 130. *de V. S. § 1. l. de oblig.*
Atq; hanc veritatem ipse postea Matthæus agno-
vit *in Colleg. Inst.* 3. *disput.* 6. *lib.* 90 ubi sic scribit: Re-
fertur donatio inter modos quibus ICLI dominia
adquiruntur: defendatur id, oportet, ratione
formæ quam à ICLI habet l. 25. 27. 30. 34. *C. de do-
nat.* Nam qua procedit ex naturali affectione
erga benè meritos, & apud omnes populos per-
petue custoditur, naturalis certè est. Ad alterum
respond. vel consideramus donationem ex
sua origine, & constat olim omnia bona donari
tanquam universitatem, & quasi per aversionem
non potuisse. *Vid. Bachov. d. disput.* *lib.* 5. *lit.* c. vel
ex constitutione Iustiniana; ex qua tamen
etiam per aversionem universa bona donari pos-
sint, tamen quia eo jure dominium ante tradi-
tionem rerum singulariū non transit, idè vel eo
saltem nomine, vel quia ista species donationis
omnium bonorum rarissima est, à potiori & fre-
quentiori assertio ista defendi potest. ¶ Aliter
progreditur *Vultej. quis l. R.* 7. duos tantum mo-
dos acquirendi dominium jure Civili exprimit,
prescriptionem & successionem. Hanc dein dispe-
scit in *universalem & singularem.* Et *singularem*
iterum in *onerosam & lucrativam.* Onerosam
in *successione emtoris*, mariti qui dotem acci-
pit: *Lucrativam* in *donatione* ostendit. c. 76. *per*
l. 17. §. *pactum ubi Gothof. in not. donationem*
manupat genus successionis, de pactis. Quamvis
autem *successionis* vocabulum in jure, non tan-
tum

tum ad successionem in universum jus, sed & ad
 successionem in rem singularem designandam
 adhibeatur. *L. ult. de except. res vend. l. 34. §. ad-*
jectur. de damno infect. & de donatione nomina-
tum usurpetur in l. 17. §. 5. de pactu. Tamen quia
 in hoc tractatu restrictius accipitur, de successio-
 ne universali tantum: ideo vix tuto Vultejum se-
 quemur. Maxime cum ille causam acquirendi
 remotam, id est titulum cum causa proxima, id
 est ipso acquirendi modo, confundat: emtor
 enim non acquirit per emtionem jus in re, sed
 demum per traditionem. *§. 3. f. l. de E. V.* Ad eun-
 dem etiã lapidem impingit *Althusius*. Cum enim
 contractus dispescuisset in mercenarios & gratui-
 tos; gratuitum dicit esse donationem. Sed quam
 incongrue donatio cõtractibus simpliciter annu-
 meretur, jam antea ab aliis, satis dilucide osten-
 sum est. *Bachov. d. lo. 2. d. 19. §. 1.*

20. *Vsucapionem* definit *ICTus in*
l. 3. de Vsucap. quod sit adeptio (seu adje-
 ctio) dominii, per continuationem
 possessionis, temporis lege definiti.

exhibet.

Definitiones juris paucas easque fere vitiosas
 esse pronunciat *Ant. Matthæi disput. 12. fundam.*
juris. per tot. Et ib. 3. pleraque, qua extant, defi-
nitiones vitiosas esse, nec nullo modo defendi posse.
Vsucapionis definitionem istam non excipit. Cu-
jus sententia favere videtur la volentis in l. omni:
202. de R. I. & Cujac. in recit. ad l. 1. de R. I. ubi
ait juris definitionem nullam esse perpetuam &
necessariam: modica enim obj. ctione Et circum-
*stantia destrui. Esse enim (ita pergit in *Papin.**
lib. 1. defin. ad l. 1. de LL.) jus constitutum de
singulis rebus sive causis, & singulari causarum
nullam

nullam esse notionem sive definitionem certam,
 ¶ Sed an non per hæc enunciata studiosi sicut
δυσίλπιστοι εἰς τὰ μὲν ἔντα, quod omen tantope-
 re cum Theophilo abominatur Cujac. 11. O. 38.
 Et cur adeo amamus *φιλισογίαν*, quam Galenus
 vocat *ἑ. cui in pref. recit. ad tit. de jure fisci*, si res
 per se pateat & qualicunq; descriptione possit ex-
 plicari. *Duaren. ad tit. D. de probat. c. 2.* An non
 hoc carpendi studium, ex illa malacia naturali
 provenit, qua nauseamus & pigramur eadē alio-
 rum verbis definire. *Quintil. lib. 2. Inst. cap. 15. f.*
Cujac. in prefat. parat. ad ffra. Certè vix no-
 strum aliquis melius hoc præstabit, quam veteres
 Jurisconsulti, quorum definitiones tantum non
 admiratur Cujac. d. O. 38. *qui in d. l. 1. cum ICro in*
l. 202. de Regulis loqui videtur. ¶ Et ut ad
 rem veniamus. An non satis recte dicimus usu-
 capere eum, qui diutina sive longa possessione
 capit, *l. quamvis. 18. de Usucap. Cujac. in not. post-*
hum. ad tit. l. de Usucap. Quid enim aliud est
 usucapere, quam usu possidendi rem capere & ac-
 quirere, *l. 7. §. 1. l. 4. pro emt.* Quid aliud est usu-
 capio, quam acquisitio per possessionem proli-
 xam & justam: vel acquisitio per usum, *l. 2. 3. §.*
ult. Ex quib. causis majores. definire Cujacio in
parat. de usucap. vel acquisitio domini per pos-
sessionem justam justis temporis, ut idem descri-
bit. in parat. C. Si adversus usucap. Annon au-
 tem unius cujusq; rei, ut una tantum essentia, sic &
 una tantum definitio est. *autore Arist. 7. Topie. 2.*
 licet aliz verborum conceptione ab aliis diffe-
 rant. *Cujac. in recit. Cod. ad tit. de tempor. appel-*
lat. conf. C. l. A. de Usucap. 6. 3.

21. Eadem postea etiam dici cœpit, præ-
 scriptio: *Vnde tit. juxta vulgat. 6. de Usucap. &*
longi temporis præscript.

Tit. 6. de
usucap. &
longi tem-
poris præ-
script.

D

end

Hanc rubricam A. Perez. in elegantiss. Eroté-
mat. libello mutilat, nec de præscriptione ver-
bum addit. At principes Ictorum. Cujac. Hot-
tom. Wesemb. Pacius, pro præscriptionibus le-
gunt, possessionibus, auctoritatem Theophili &
aliorum Græcorum secuti, qui, posteriorem ru-
bricæ partem ita exponunt: καὶ περὶ τῶν μακροῦ
χρόνου διακασχομένων. Sed vulgatam bene tuctur:
Bachov. in pr. Comment. l. h. Donell. s. Comm. 4. Et-
enim vox præscriptionis ab initio quidem exce-
ptionibus in genere, *vid. Donell. d. lo. Hortens. ad
pr. h.* tum vero in specie, & *Cujac. ad tit. ext. de præ-
script.* exceptionibus temporalibus maximè fuit
accommodata, *vid. t. t. de divers. temporal. præ-
script.* Tandem ex hac occasione, acquisitio ipsa
etiam hoc nomine paulatim cœpit appellari.
*Gilken p. 1. de præscript. c. 2. n. 15. & seqq. Bachov.
d. loc.* ubi hoc exemplo Græcorum ipsorum il-
lustrat, qui *χεσθῆν* actionem seu accusationem,
παροχεσθῆν exceptionem, *Ritters. b.* & præcipue
eam, qua quis actionem præscriptione temporis
excluderet, dixerint. ¶ Ceterum in assignâda dif-
ferentia ratione iterum variatur: *Azo in sum. C.
de Usuc. transf. Schneidevv. ad pr. l. h. nu. 9. Myns.
nu. 4. & alij.* distinctionem ab objecto petunt:
usucapionem sc. fuisse rerum tantum mobilium:
præscriptionem immobilium. Quam cum Neo-
tericis. *vid. Harpr. ad princ. l. h. t.* reprobat *A. Mat-
thæi Colleg. Inst. 1. disput. 7. th. 2.* Sed iterum ferè
recipit *Colleg. Inst. 3. disp. 6. th. 83.* ¶ Videamus
an non rectius differentia illæ, consueta metho-
do, secundum causas & effectus considerari pos-
sint: A causis inquam & externis veluti *efficiente-
se*: nam usucapio ll. 12. tabb. præscriptio iuri
prætorio ortum debere videtur. *Perez. in w. C. de
præscript. longi temporis, nu. 1. sive ut alij volunt
const.*

Const. Imp. Rittersh. ad pr. h. t. per l. dolia 76. §. 1. de contrahenda ems. §. furtiva l. h. t. Et ab internis veluti materia: Usucapio obtinebat in prædiis Italicis: præscriptio potissimum vid. Rittersh. per l. 2. C. quib. non obijc. in provincialibus vid. Cujac. Et Perez in w. C. de usucap. transformanda. A forma; Usucapio erat modus acquirendi, præscriptio proprie tantum erat exceptio, quæ dabatur ei, qui rem non possederat, sed tantum jus agendi tempore periisse excipiebat l. 2. de divers. tempor. præscript. vel possederat quidem, sed vel ob deficientem bonam fidem, vel ob qualitatem rei, quæ forte provincialis erat, usucapere nequibat, vid. Sutholt. diff. 6. th. 6. Unde etiam differentia ab effectu elucet: illa enim pariebat directam in rem actionem: possessio longi temporis tantum exceptionem. Cujac. in parat. C. de præscript. long. temp. Itaque illa litis contestatione non interrompebatur: (si enim reus absolveretur, vel actor litem amitteret, usucapio interim nihilominus procedebat. l. 17. in fin. Et l. seq. de R. V. Cujac. d. lo.) Præscriptio utique: litis enim contestatio facit præscriptionem cessare. Perez d. lo. in. 2. Sed Iustinianus pleraquæ istas differentias, si non sustulit omnes (uti in præscriptione juriū nonnulli subsistunt: vid. Cujac. d. lo. Hillig. ad Don. d. l. 1.) certe confudit in effectu ultimo: cum non minus longa possessio securitatem præstet diutino possessori, quam usucapio, l. pen. pr. C. de præscr. 30. annorum. Sed hac forsatis supra captum, Et præter institutum nostrum sunt. cons. C. A. de Usucap. §. 1.

§ Alioquin & hoc in summa addere potuissimus: aliam acquisitionem longi temporis fieri cum copiatione ac mentione possessionis, vel sine ea. Hæc eo casu procedit: cum actio personalis ex temporis longi decursu cessat. Illa vel quasi possessionem respicit (quomodo libertas prædii

& alia jura præscribi & usucapi dicuntur, *l. 10. si serf. vind.* vel veram possessionem: ubi item acquisitio vel tendit ad verum dominium: quæ est proprie usucapio: vel ad consequendum jus exceptionis, *ut in specie l. 12. §. 8. de captis. Et post. l. m. revers.* item qua creditor à possessore pignoris submoveretur præscriptione longæ possess. *l. 1. C. Si advers. cred. præscript. opponatur.* Et qua is, cui ignorantem res minoris donata est, se defendit, *l. ult. C. Si quis ignorans rem minoris. adde l. 5. §. 1. l. 12. de dis. temp. præscript. l. 19. Cod. de Evis.* denique ad consequendam, uti dictum, utilem actionem, *vid. l. 8. princ. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Dn. D. Mejer in Comment. MS. ad princ. l. h. in fin.*

22. Tametsi v. nonnulli hunc acquirendi modum, cum æquitate naturali committant, alii contra conscientiam militare statuunt, eoque è Republ. Christiana exterminatum profligatumque velint: Huius tamen postulati & voti sui non adeo momentosas afferunt rationes, ut principium istud juris nobis idè eripi patiamur.

Exhibet.

Contra jus natura usucapionem introductam esse, adeoque impium præsidium *in Novel. 9.* vocari, prævia autoritate Angeli Alexandri, & aliorum, docet Borcholt *ad pr. l. h. nu. 2. Humnius. 2. sr. 3. quæst. 2. Curbach. cent. 2. decad. 6. q. 1.* ea potiss. ratione: quod per usucapionem alter cum alterius damno contra naturam *l. 206. de R. I.* locupletetur: quicquid enim jura fingant, *inquit Humnius.* (quasi damnum non sentiat, qui sua culpa sentit) revera tamen & in effectu antiquus dominus damnum & deminutionem patrimonii sui experitur

peritur. § Alii cum hoc modo principia juris
 tentari animadvertant, hoc *ἀίτημα* ita tempe-
 rant, ut licet usucapionem contra jus naturæ in-
 ductam fateantur; tamen iniquam esse negent,
 cum alia ratione, boni scil. publici, sustineatur.
 Tim. Faber. *disput.* 16. *th.* 5. Cujac. *in recit. ad l. 1.*
de I. & I. p. 19. ubi scribit: *Ius civile non quidem*
commutare posse jus naturale, sed ei tamen detra-
here, id est, a regula Iurisperitorum aliquid excipe-
re posse, & veluti jus singulare usucapionum. Nam
ex illo principio, ne quis spoliis alienis suas augeat
facultates, ne alieno malo locupletetur, excipere
ICle. causam usucapionis, ob publicam utilitatem,
 § Videntur autores isti distinguere inter æquita-
 rem naturalem & Civilem, l. 1. §. 1. *Si is qui testam.*
lib. 1. 95. §. 4. *de solut.* & asserere, quasi legislator
 civilis plus tribuat civili rationi & æquitati,
 quam naturali, propter primam illam L. 12. tabb.
 quæ nullam prorsus exceptionem patitur: *salus*
populi suprema lex esto. A. Faber. *in rational. ad*
l. 14. *de Condit. indeb.* Sed præterquam quod
 hæc, illam certam & expressam, utpote fortio-
 rem vincere sine turpitudinis nota vix potest. §. 11. *I.*
de I. N. G. & C. l. si seruus. 61. §. *quod vero de furt.*
Omissis aliorum sensibus, respondere amplius li-
cet, l. 106. accipiendam esse de locupletatione
 injuriosa & fraudulenta. *arg.* l. 13. *in f. & §.* 14. *de*
condit. indeb. *Alexand. lib.* 1. *consil.* 92. *inc. perspe-*
ctis. nu. 5. *f. ubi nu.* 6. *addit, non habere locum re-*
gulam, nisi quando res aliena provenit ad me ti-
tulo lucratisso: quod vel inde patet, quia alias om-
 nes actiones pœnales tollendæ essent, cum actor
 per has indubiè locupletetur, reus pauperior fiat.
 Atqui injuria nulla est si alicui sua culpa res per-
 eat, l. *factum.* 155. *de R. l.* si is puniatur, qui negli-
 gens fuit, & intra magnum temporis spatium cu-
 ram rerum suarum insuper habuit, ita ut eas pro-
 dereli-

54.
derelictis habuisse aut alienasse videatur, *l. alio-
rationis. 28. de V. S. l. si fundum. 16. de fund. dot.*
Etenim ut diligentia omni jure laudem & præ-
mium meretur. *l. 5. §. 4. Vers. jubeamus. C. de som-
per. appellat. l. 3. C. de alluvion.* Ita negligentia
in culpam, *l. 1. C. de hered. Inst. l. si fideiussor,
Mandari.* aliquando etiam latam, *l. magna negli-
gentia. 226. de V. S.* incidit, & pœnam aliquam si-
ve castigationem meretur. *arg. l. 12. ibi pœna de-
ficta. C. de positis l. 2. Et ult. C. de annal. except. la-
tè Tuscan rom. 5. conclus. lit. M. conclus. 36.* ¶ Ma-
lè ergò in Novel. 9. usucapio impium præsidium
vocatur: malè usucapientes dicuntur homines
iniqui; veteres autem domini, innocentes: Id ve-
rò tanto magis arguit Novellam eam esse subdi-
titiâ, ut doctiores censuerunt, *Duaren. cap. 1. de
Usucap. Halliger in indice legum. Matth. Stephani
ad d. Nov. 24. 3.* cum jura non suggerant præsidia
impia *l. 15. de condit. Inst. l. 3. §. 2. C. de hi qui ad
Eccles. confug.* Nec pro iniquis habeant, quos sua
autoritate muniverunt *l. 11. de adq. poss.* Nec inno-
centem pronunciet, quem aliàs ut scordè notât,
*pr. l. b. frustra dissent. aliis, Vmm. disp. de processib.
§. 45.* Arguit enim illud evidenter & genus ora-
tionis, & quod in græco exemplari d. Cost. non
habetur, & quod in eo summus Pontificatus Pa-
pæ Romano tribuitur. *Berens disput. 5. q. 1. vel, ut
alii placet, Imp. ibi loquitur non ἀπὸς, sed cum
resp. ad homines impios, qui jure isto abuterent-
ur, scientes rem alienam & sacro cultui esse desti-
natam. Tsm. Fab. d. loc. sac. l. 23. C. de S. S. Eccles.
quemadmodum Imp. in l. un. C. de usucap. transf.
ἀναφορικῶς inhumana vocat iura usucapionum
vetera, & à se improbata, quæ nimis angustè ter-
minè coarctabantur, & Harpr. ad pr. l. de usucap.
num. 52.* ¶ Sunt alii è doctoribus S. literarum,
qui hunc acquirendi modum conscientiam con-
tami-

taminare arbitrentur, ut Amefius *lib. 5. de casibus conscientia, cap. 41. num. 20.* qui hoc dilemmate principium istud oppugnat: Possessor, inquit, aut est malæ fidei, & committit peccatum iniquitatis contra ius naturæ: Aut est bonæ fidei: Et tum habet saltem falsam opinionem: quæ nullum iustum dominiū titulum adferre potest in foro conscientiæ: Resp. Prius membrum dilemmatis à proposito alienum est, cum LL. etiam civiles præsupponant bonam fidem, saltem ab initio: Canones continuam desiderent. *c. ult. d. præscript. c. Vigilanti §. eod. ubi dicitur, Vigilanti studio cavendum esse ne mala fidei possessores simus in prædiis.* quæ posterior sententia etiam usu servatur, *Schulz. in Synopsi Inst. lit. B.* Nec ipsum ius Civile facit malæ fidei possessori actionem largitur. *L. 12. §. 1. de furtis.* Ad posterius membrum respondeo. (1) ex Augustino. *cap. 7. de fid. & operibus:* in iure prædiorum tamdiu unusquisque bonæ fidei possessor rectissimè dicitur, quamdiu possidere se ignorat alienum, *locus est canonizatus. c. si virgo. 34. q. 1. confer l. 18. d. his qui noc. infam.* (2.) animadvertendum, præter (1.) integritatem animi, omnis fraudis & dolosæ cupiditatis expertem, præsupponi (2.) iustum titulum. (3.) rem præscriptibilem (4.) possessionem continuam, nec interruptam, (5.) tempus satis diuturnum, quod domino priori indulgetur, ut res suas requirat. His iam præexistentibus accedit legis assistentiæ, rationibus boni publici suffulta. ¶ Instat ille n. 22. nullas iustas adferri posse causas, quare præscriptio bonæ fidei dominiū transferret: Nam primam rationem (ne dominiarum sint incerta) ut & seqq. æquè militare pro possessore malæ fidei. Ergò non esse sufficientes, Respondeo, Nec omnes illarum rationes ad personas acquirentes directæ sunt: proinde nec necesse

est, ut alterutri earum præcisè conveniant: neq;
 enim legislator in pœnis illud valdè spectat, ad
 quem pœnarum compèdia perveniant, sed quem
 puniat. *l. 5. §. 1. ibi: ut appareat, etiamsi calumniator
 quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi, Ne
 quis eum, qui in jus Vocab. l. 7. §. 1. quod, metus
 causa gest. l. 1. §. 1. quod legat.* Quanquam si ratio
 ista deduceretur ad hypothèsin, malæ fidei pos-
 sessori non conveniret: Sensus enim ratiocina-
 tionis implicaret concretum, & talis ferè exret:
 Cum interfit Reipub. multifariam, ut Domini
 omnium rerum certi fiat. (ne scilicet agri incul-
 ti jaceant, res sine cura relictæ dispereant, & æra-
 rium tributis privetur) ideo pro dominis habendi
 sunt, qui bona fide res longo tempore, juxta
 legum præscriptum possederunt. § Alteram
 rationem (ne dominia rerum incerta sint) ait
 Amesius, æque ut primam non pertinere ad fo-
 rum conscientiæ: Resp. Quanquam hic iterum
 fallacia causæ in argumento lateat, ostendit ta-
 men rationem istam ad forum conscientiæ re-
 ferri posse, *Fillucius 17. 31. cap. 8. num. 203. h. m.*
 Quod bona fide fit, id fit bona conscientia: at
 transl. domini autoritate Christiani magistra-
 tus salute publ. subnixa, fit bona fide, Covar-
 ruv. reg. possessor. part. 2. §. 6. nu. 1. E. fit bona
 conscientia. Item magistratus illæsa conscientia
 admittere non potest, ut dominia incerta sint, &
 fœda confusio dominiorum & rationum fisca-
 lium conturbatio inducatur. At nisi usucapio-
 nes admitterentur, dominia incerta essent, & mul-
 tæ res perirent, atque cum his tributa Reip. in
 quibus firmitudo eius consistit, ut *Theoph. expli-
 cat ad princ. l. de usucap.* Imò (quod addimus)
 ipse frequentiss. & necessarius E. V. contractus in-
 teriret, cum venditor emtori dominium præstare
 per rerum naturā, usucapiendi conditionē per ll.

non

non posset aut vetaretur: E. Magistr. in cōscientia obligatus est, ut huic malo medeatur; & certitudinē, qua potest via, inducat: Cui subditus illa conscientia obsequitur. § Tertiam causam (de puniēda domini negligentia) scribit, esse insufficientem: non enim quamvis negligentiam tam gravem pœnam amissionis bonorum mereri: nec ad eam magnam esse negligentiam hanc aut supinam. Resp. Docet eleg. tralaticia M. Varro. sententia Boni patrisf. esse, ferum immobilium quotannis inire rationem & secundo anno quod desideratur quærere; rerum mobilium singulis semestribus. Hęc causa breviores veteribus imposuit usucapiendi terminos. At ne quis maturius se rebus suis privari justè conqueri posset, eosdem terminos longius produxit Iustinianus in d. l. un. C. de Usucap. transf. Non ergò excusari à supina negligentia potest, qui iatra tam longum productumque tempus res suas non inquisiverit. Wesemb. parat de Usucap. nu. 11. conf. l. 31. ad L. Aquil. l. 32. depos. l. 11. de peric. & comm. rei vend. l. 22. §. 3. ad sc. Trebell. Instat ille: non posse ex solo temporis lapsu negligentiam supinam probari: Resp. posse, maximè si accedat legis prohibitio, ex altera parte legis contemptus, qui parum à delicto abest per sext. & rat. l. 15. §. ult. & l. 16, Ex quib. caus. maj. ubi Wesomb. in parat. n. 4. circa fin. ibi: in cuius pœnam usucapionum præscriptionumque jura sunt inducēta. Quin & ipse ille qui ius suum & usucipientis possessionem ignorat, culpa non vacat: Licet enim non possit videri negligens in rebus suis conservandis fuisse; negligens tamen valdè est, in rebus suis conquiritendis: A. Faber. in rational. ad l. 14. de condit. indeb. Replicat ille Legem præscriptionis revera non esse pœnalem: alias enim ante sententiam dominium non translaturum iri: Resp. Si maximè con-

D § cede

cederemus L. hanc non esse propriè pœnalem, quo nempe sensu pœnales dicuntur, quæ certam pœnam aut castigationē corporis continent: mæmeret tamen pœnalis effectū, *arg. l. 18. ibi: ex alterius pœna vel damno. Ex quib. caus. maj. conf. Cujac. ib. in Paulo.* quatenus rei amissionem continet: *d. l. ult. ibi: jactura, & ibi: jura recentia, C. de usuc. transf.* qualis pœna etiam ipso iure solè infligi. *l. 1. Quib. mod. usuf. amit.* licet id in aliis quoque pœnis obtineat. uti patet in his, quos L. vel Ed. infamia notat, vel qui bona sua ipso iure amittunt *l. ult. C. ad L. Jul. Maj. l. 15. pr. Qui & à quib. man.* sed de his plus satis: *plura quis cupit, adeat castitas citat. a Laymanno lib. 3. de iustit. tr. cap. 8. ubi nu. 4. ait, usucapientem ne quidem in conscientia foro restituere temerè, licet pristini domini invincibilem ignorantiam plane agnoscat, Quomodo & in sacris literis Iephthes regi Ammonitarum, sibi terras inter Arnonem & Iabocum sitas vindicantis, objicit longissimè temporis possessionem. Iudic. 11. H. Grot. lib. 2. de jur. bell. cap. 4. ubi eam inter populos etiam lo. habere. Variè exemplis & rationibus ostendit.*

23. Donatio definitur in l. 35. §. 1. de mortis causa donat. doni datio: forsan ita clarius: gratuita rei in alium collatio; de qua & variis ejus speciebus est tit. 7.

Tit. 7. de
donationi
bus.

videtur.

Iterum hic nos exercet ingeniosissimus Diodatus, qui disp. 26. fundam. iuris §. 3. ait, vix uspiam in toto iure genus appropriatum huic definito reperiri posse: Si enim definiris liberalem alienationem, inquit, non conveniet id donationi stipulatione perfectæ *l. 2. & 21. de donat. Sin pactum; excludes donationem, traditione, cessio-*

cessione, mancipatione, stipulatione perfecta, &c. Resp. Tametsi vero omnia ambigua periculose definiantur & Cujac. ad rubr. de rebus dub. si tamen prius distinguantur, tum vero ab æquivocatione libera, facilius describentur: nisi supra ostensum. Et quanquã genus nostræ definitionis facile defendi posset, ex l. 29. de donat. Statuimus tamen vocabulum actus generalitate sua omnes donationum formas complecti. cum Abrahamo Grosman. in Decem. juru. disput. 5. th. 14. C. l. A. de donat. th. 2.

24. Et hæc de modis; sequitur ut de personis in acquisitionem venientibus, seu circa eã occupatis dispiciamus: sunt autem et tũ alienantes, tum acquirentes. (Nam v. c. in donatione requiritur ex una parte dans, ex altera accipiens: donatio enim facta uniusq; & ex vna parte tantum, nulla est. l. 15. C. de S. S. Escles. Cujac. l. 17. digest. Iul. l. 1. de donat.) De alienantibus seu his quibus alienare liceat vel non est tit. 18. Quibus al. liceat vel non. de acquirentibus, quæ sibi vel aliis acquirere possint, est tit. 9. per quas pers. nobis acquiritur,

Tit. 8. Quibus alienare liceat vel non.
Tit. 9. Per quas personæ nobis acquiruntur

Indivis.

Interloquitur hic iterum Anton. Matth. in lib. de fund. juru. disput. 14. qua in noviss. edit. est disp. 2. l. 93. male hos titulos subjungi singularium rerum acquisitioni, cum y, nihilominus etiam ad bonorum universitatem pertineant. Resp. (1.) negando etque communes esse hos titulos modis universalibus, non sane successioni: nec bonorum possessionibus, quæ ab intestato dantur, quia

quia nec bonorum addictioni. Resp. (2.) abso-
lutis G. & C. acquirendi res singulares modis, vi-
dendum fuerat quomodo interdum illi impedi-
rentur, nec procederent: *Wegn. disput. Instit. 6. 1. b.*
8. lit. A. Resp. (3.) Et tametsi parum referat, an
priori an posteriore, an medio denique loco po-
nātur, cum omnes isti loci confines sint: Accedit
tamen & hęc ratio, pro afferendo, titulis istis,
hoc loco: quod doctrinæ de donationibus & li-
berrimæ donandi potestati dominis concessæ,
appime conveniat ista limitatio, ut sc. alienatio
fiat, & ab eo, qui alienare h. e. dominium trans-
ferre queat, & in illum qui sibi vel alii possit ac-
quirere. *Wes. in Oecon. b. 1.*

25. Atq; ita perstrinximus, quemadmo-
dū jure ICI titulis singularibus per nos
aut alios acquiramus. Quod ad res uni-
versales, seu bonorum aut rerum
universitatem (h. e. totum aliquod
constans ex pluribus distantibus in-
ter se, rebus singularibus, uni nomini
subjectis) attinet, variis ea modis acqui-
ritur: quorum alii sublati sunt; alii adhuc
in jure retinentur. Istorum sunt qua-
tuor. Hæreditas, bonorum possessio,
arrogatio & bonorum addictio §. ult.
1. per quas pers.

indicos.

Hi modi doctrinæ gratia à causa efficiente
forsan non inutiliter poterunt dispelci, & *pr. I. de*
acquis. per arrog. quod alii fuerint *antiquiores,*
alii postea nati. Ex antiquioribus sunt successio
civilis

civilis *ex l. 12. tabb. testati & intestati.* Itemq; **ex iure pratorio bonorū possessio:** posteriores tempore sunt duo reliqui modi. Nam iure nō scripto, seu cōsuetudine quadam, **introduc̄ta** est **acquisitio per arrogationem.** Ex iure scripto seu constitutione D. Marci **acquisitio per additionem bonorum,** h. e. si servi, quibus libertas adscripta est, vel etiam extraneus, libertatum conservandarum causa, bona, sibi addici petierint, & impetraverint. *Egenolphus sta: Universalis successio conceditur vel jure vel consensu. Jure vel civili vel pratorio. Consensu vel vulgari & libero per arrogationem, vel obsoleto.* In quibus terminis nulla accurata est oppositio. *Wegnerus aliter eos modos discernit disput. 1728. 9. th. 9.* quod bonorum universitas acquiratur vel *simpliciter* vel *mixtim.* *Simpliciter* vel *inter vivos* vel *mortis causa.* *disput. 7. th. 1. lit. A. & Wesf. in Oecon. Institut. lib. 2. tit. 9. fin.* Hoc vicissim vel *jure civili,* l. 12. **Hereditate:** vel *jure pratorio* bonorum possessione. *Inter vivos* deinde arrogatione. *Mixtim* bonorum additione, quæ de utraque participare videtur. Universitas enim à defuncto relicta, additione, ac veluti modo quodam inter vivos acquiritur. *Hac Wegnerus d. th. 9. lit. B.*

26. **Hereditas** est successio in universum jus quod defunctus habuit *l. 62. de R. l.* defertur ea vel **judicio & voluntate defuncti,** vel **legis,** *Ant. Matthæi d. disput. 14. 9. 16.* sive ut *Imp. in fin. §. ult. I. per quas personas cuique acquir.* ait: vel **ex testamento** vel **ab intestato** ad nos pertinet.

ex D. 1076.

Occurrunt hic alii, qui in defectu peccant & successio.

successione[m] testamētariā[m] nullā[m] admittunt:
 Alii in excessum declinantes, tertiam quoq; suc-
 cessionis speciem introducunt. Ex illorum grege
 primipilari auctoritate perorat contra ius civilē,
 Bertrandus Argentorū Redonensis provinciæ
 præses, in *Comment. in consuet. Britannia ad rubr.
 tit. 22. pag. 1902. post Tiraquell. in tr. le mort. fait
 fit le Gif. p. 3. declar. 7. & Boer. in consuet. Bituric.
 §. 4. tit. de testam.* His fere rationibus: (1.) testa-
 mentariæ, inquit, dispositiones infinitas pariunt
 lites; ubi autem hæc obtinent manifesta sequitur
 clades patrimoniorum: (2.) æquum est, ut qua
 quisque lege, pecuniam & familiam à maioribus
 accepit, eadem lege hanc posteris reddat. Ita
 enim (3.) Leucadii olim & Locrenses, teste Ari-
 stotele, voluerunt, ut æterno fideicommissō pro-
 pinqui propinquis succederent. Et à Romanorū
 II. hæc in parte desciverunt pleræque Galliæ
 provinciæ, quæ moribus & consuetudinibus suis
 reguntur, teste Mornacio ad l. l. C. de SS. Eccl. Adde
 Argentor. tit. 23. ubi ad rubr. *miseros eos appellat,
 quibus negotiosas illas solennitates & acuminosa
 luxuriantis resp. inventa, immensas & sine modo
 congestas formas primarum & secundarum insti-
 tutionum, accrescendi jura, heredum distinctiones,
 hereditatum capiones, nondum rejicere licuit. &
 etiam Bod. 5. de repub. cap. 2. p. 533. ubi legem te-
 stamentariam iniquam vocat: & quæ Athenien-
 sibus quoque ac cæteris tum Græcis tum Italis mul-
 tarum in omnibus civitatibus conversionum pe-
 pererit occasio[n]ē: Maxime si & prædia hoc modo
 alienare licuerit: quod utilissime feudorum con-
 suetudinibus sit prohibitum.* ¶ Videtur hæc
 quaestio conscientia, ut vocant, casum continere:
 non quidem in eo statu, quo ab Institutionum
 magistris & interpretibus etiam ventilari solet.
 An testamenti facultas iuri divino vel iuri gen-
 tium

tum conveniat: sed in ista hypothefi, an confanguineos faltem collaterales ut IClī, ita etiam iure diuino & illæfa conscientia prætereire liceat, & hereditatem ad extraneos transferre. Quæ de re dum informationem caſiſtarum deſideramus, nec in alium Rhodum saltum temere facimus: Integrum nobis fore putamus ab impetitionibus & objectionibus præmiſſis, principia juris noſtri vindicare & defendere. ¶ Enimvero niſi tantorum nominum magnificentia atq; auctoritate deterreremur, fere in eo eſſet, ut juris noſtri principia extra conſiderationem eos poſuiſſe diceremus. Si enim præmiſſa argumenta ſtringunt, eodem modo omnes viventium actus extinguemus §. *an. l. de L. Fuſ. Can. roll.* ſive enim inter vivos quiſquam hilarius vixerit, ſive terenciū amico bene de ſe merito donaverit, fas erit cognato, cognationis iura inſclamare, eaque violata eſſe quiritari. Neque enim teſtandi facultas, quæ gaudemus, ſimpliciter & unice à juris permiſſione eſt: ſed præexiſtente naturali licentia de rebus ſuis diſponendi prout quiſque velit *l. 21. C. mandati l. 25. §. 11. l. 31. §. 3. de petit. hered.* Ita nec abſolutiſſimus rerum ſuarum dominus poterit demereri officia extraneorum; nec compenſare beneficia, quæ tamen re & vivi maxime juvantur & morientes delectantur, ut apparet, ex formulis teſtamentorum *apud Samſon Herzog. form. 12. ſibi: Auch auff daß meinem wahren freunde von dem ich alle Ehr / Treu / Freundschafft vnd gutthat empfangen habe / vergeltung geſchehen ſeiner erleiqtten dienſten ꝛc.* Ex hac certe animorum affectione, teſtamenta commendationeſque morientium natæ ſunt, *teſte Cicero. 3. de finibus.* Eo enim temporis articulo, quo teſtator teſtamentum facit, utique rerum ſuarum adhuc eſt dominus, ita ut hereditas etiam vacans eo nomine

mino gaudeat. *l. 4. princ. de A. R. D. l. 55. §. nos. de leg. 2.* Et si rem rectè æstimes, non incipit testamentum morte; sed pendet ex libera disponendi facultate, quæ antea fuit perfecta & declarata; executione tantum post mortem dilata. *S. legatum l. de legat. l. omnis. 130. hereditas de R. I. Schneid. ad pr. l. de testam. e quo non laud. A. Gerhard. disp. 1. de test. d. 13.* Et quo colore ius primogenituræ & maioratus suos defendet Argentæus, si nullas testamentarias dispositiones admittet. An non & hic usurpari & retorqueri in eum poterit quod art. 525. n. 2. scribit: Rerumpublicarum quæ inæqualitatè inter liberos admittunt alias esse considerationes, quæ ius primævū distinxerint postea ex eo, quod utilius in cõmune visum, omiſſa interim consideratione individuorum, quibus affixi Iurisperiti subinde hallucinantur & in minimis hæreant. Hæc ille. Atque ut obiectionibus eius paucis respondeamus. Nimirum in (1.) argumento facile paralogismus accidentis deprehenditur: siquidem vel Apostolo teste *ad Galat. 3. vers. 15.* ἡμῶν ἀρχόντων κικυλευμένον διαθήκην ἰδοὺς ἀδελφεῖς: hominis quoque testamentum morte testatoris comprobatum & confirmatum, inviolabiliter servandum est. *Baldwin. in Epitome doctrinae apostolicae ad illum locum, aphorismo. 16.* Quod si fiat, & magistratus uti par est, elogia tucatur. *S. disponat. auth. de nupt. l. 6. quemad. testam. aper.* nullæ lites metuendæ: si ex insperato nihilominus aliquæ rixæ suboriuntur, hæc non provisioni testatoris, sed malitiæ heredum, vel in advertentiæ notariorum adscribendæ sunt. Nam inter alia vel hoc maxime intendit testator dispositione sua, ut lites præcaveantur. *P. Dominicus de Musis in formulis Instrum. sub tit. testamentum p. 295. Et seqq. Samson Herzog in formulis, Notar. pag. 106. ibi. So habe ich auch darzu betret*

Bewegenden Ursachen / sonderlich aber damit nach
 meinem Tode vnd Abgang / meiner nachgelassenen
 Güter vnd Erbschafft halben / zwischen meinen
 Freunden / auch anderen / kein Hauck / vntwillen oder
 andere weiterung entstehe ꝛc. In unaquaque vero
 causa non considerandum est id, quod per acci-
 dens emergit: (sic enim & virtus ipsa in vitium
 rapi posset & damnari:) sed quod per se ex causis
 suis lequitur. *Arnsfano. 2. relect. polit. cap. 4. sect.*
4. nu 3. Ad (2.) objectionem Resp. (1.) Acquū
 vicissim est, ut quisque suæ posteritati consulat
 pro affectione & meritis cuiusque: possunt enim
 in posteris esse indigni beneficio. *Cujac. ad l. 1. de*
testam. (2.) Falsum etiam est, hac L. cuiquam
 hereditatem à majoribus deferti, ut illam præci-
 se cognatis servare teheatur, etiam infestis & ma-
 le de se meritis: Contrarium enim liberrima po-
 testas disponendi, de rebus ex hereditate acqui-
 sitis, quæ apud omnes gentes viget, docet. Ita-
 que causâ & æquitas major atq; specialis, vince-
 re potest illam generalem: *A. Fab. rational. ad l.*
14. de cond. indob. post hereditatem enim aditam,
 bona non amplius sunt hereditaria, sed propria
 successoris, & omni nexu soluta *l. Titius 54. pr. ad*
SC. Trebell. l. 8. §. 1. de leg. 2. Præterea non omnes
 bona habent à maioribus, sed multi propria in-
 dustria, Deo benedicente, compararunt: vnde so-
 lent aliqui & hujus rei testamento mentionem
 facere: Quæ cum testator inter vivos liberè cui
 velit conferre possit: quidni liceat etiam mortis
 causa id facere? *Sid. form. apud. Herzog. p. 115.*
 vnd biweiß ich meines zugeheilten gutes ein frey
 verwalterin bin / dasselbige freunden oder frembden
 meines willens / vermög der rechten / verschencken
 oder vermachen mag: So verschaffe ꝛc. Denique
 si rem absolute considerare placeat: quid æquius
 videri potest, quam ut in supremo sine vitæ po-
 tati,

67.
siti, suam habeant iudicium, ut libere testentur
quod sentiunt, qui postea non sunt emendaturi:
inquit Ambros. 3. Off. 9. Nullum enim majus so-
latium mortis, quam voluntas post mortem: si-
quidē *Verbu Fabij credimus, declamat 308.* Quod
ad (3.) objectionem attinet: Resp. exempla pau-
corum redarguuntur exemplis multorum. Apud
Athenienses Solon legem tulisse, & gratiam ne-
cessitati, atque amicitiam propinquitati, præpo-
suisse legitur. de Græcis, Arabibus, Aethiopicis,
Cantabris & aliis. *Vid. Alexan. ab Alex. 6. genial.
dier. cap. 10.* Non autem videndum quid pauci
ex singulari: sed quid plurimi ex sana ratione fe-
cerint. *l. 1. de adquir. rer. domin. Baehov. & Dd.
comm. ad §. 2. l. de l. N. G. & Civili,* unde est, quod
plerique inferunt, ne principē quidē hanc testan-
di potestatem in totum auferre posse. *Maul. l. 1.
de ult. volunt. tit. 1. n. 2.* Ad (4.) Resp. In dubio
non debemus maligne suspicari de affectu pa-
rentum ergo liberos, *l. pen. §. 1. de rit. nupt. l. pen.
§. sed nunquid. de bon. libert.* Neque enim quis
quā sine causa sanguini suo malè velle præsumi-
tur: si tamen testamentum inofficiosum, captio-
sum, extortū, inveniatur; id per se ipsas non valet.
*l. 4. de inoff. testam. l. 1. & r. s. ff. & C. si quis ali-
quem testari. l. 70. 71. 81. de hered. instit. (5.)* Ob-
jectio, eodem modo profligatur: nec enim simpli-
citer ullam personam parentibus & liberis, nec
turpem fratribus licet præferre: Sed his & aliis
argumentis, numero decem, amplius satisfecit P.
Gregorius. *lib. 41. syntagmat. cap. 1. nu. 7. & seqq.*
*Vbi ostendit hanc testandi licentiam juri diuino
& gentium aque congruere, ac successionem ab in-
testato. Cuchus de legitima in pr. nu. 8.* Neque ta-
men omnino improbamus moderationem ma-
gistratum, qui hodie rem ita temperāt, ut quis
non nisi de certo genere, certave bonorum parte
possit

voluntatem suam de successione in bonis suis exprimit verbis vel directis, vel precariis & fideicommissariis. Hinc hereditas testamentaria duplex emergit, directa & fideicommissaria: §. 2. l. de Codicillis & textibus similibus.

videtur.

Dissentit iterum Ant. Matthæi in fundam. juris disp. 14. th. 94. ubi exinde septimum Institutio- num nactum confingit, quod fideicommissaria hereditas non solum ex testamento ad nos pertineat, Verum etiam ex codicillis, & nuda quoque intestati voluntate, si vè scriptura §. præterea l. de fideicommissaria hereditate. Sed divortium hic in- titur citra gravem causam: hereditas enim ista consideratur vel formaliter pro modo acquirendi, & recte h. lo. tractatur: vel materialiter & pro objecto testamenti vel codicilli: quo significato Matthæus eam sumit. Facit ratio ipsius Imperatoris, qui ob cognationem & affinitatem, quam habent fideicommissa, maxime singularia, cum legatis, voluit continuo de iisdem tractare. Veni- que in ipsa etiam distinctione Matthæi quæ ibidem subji- cit, sunt nonnulla reprehensibilia, nisi ita miti- gentur: quod hereditas deferatur vel dispositivè à L. vel permissivè factò hominis: id est vel testa- mento (sive mystico sive nuncupativo) vel codi- cillis. Testamento relinqui potest hereditas & directe & oblique sive per fideicommissum. Per fideicommissum, sive precario, hereditas relinqui dicitur cum heres vel legitimus precario roga- tur: idque vel verbis expressis, vel nutu atque vo- luntate tacita. §. 10. l. de fidescomm. hered. l. 34. §.

Titia

*Titia 7. de leg. 2. Vid. A. Gerhardsi disput. de testa-
ment. 10. th. 10.*

28. Vtrobique succeditur vel in he-
reditatem universam, quæ acquisitio
proprie huius loci est, vel in rem singu-
larem, quæ quidem proprie ad modos sin-
gulares pertinet. §. ult. 1. per quas pers. hoc
tamen loco tanquam accessoria pars testa-
menti tractatur. Prius de successione & he-
reditate directa videamus.

29. Considerandi autem veniunt in
successione ista directa itidem & modi te-
standi & personæ circa hanc testandi
ratione occupatæ & intervenientes.
conf. Bernh. Sutholt. disp. 7. th. 63. Modi te-
standi, seu testamentum ordinandi, alii sunt
inter paganos de quibus *tit. 10. de testamen-
tis ordinandis.* Alii inter milites de qui-
bus *tit. 11. de militari testam.*

*Tit. 10. de
testamen-
tis ordi-
nandis.*

*Tit. 11. de
militari*

testam.

testamento

*Dissentit Ant. Matthai d. disp. fundam. juris
4. 0. 100. incip. Octavius natus: quarens quo refe-
ratur testamentum inter liberos, rustici, actus in-
firmatum: Inept a dubitatione, cum sufficiat in In-
stitutionibus generalia exponi §. 4. proem. Inst. l. 2.
C. de V. I. E. singularia autem Pandectarum volu-
minibus referenda sint: uti Cujas. saepe inculcat.
conf. Donell. I. comment. 11. Bachov. ad §. 1. l. qui
testam. tut. Tim. Fab. disp. 13. 0. 3. f.*

30. Personæ circa testandi actum

E 3

prin.

principaliter considerandæ, sunt ex una parte testator; ex altera heres. De testatore dispiciendum est, an ex iis sit, quibus permissum est facere testamentum vel non, hinc tit. 12. Quibus non est permissum facere testamentum.

Tit. 12. quibus non est permissum facere testamentum.

31. Heredes quidam vel necessario exheredandi sunt, sui sc. h. e. qui in potestate morientis existunt gradu proximo. vid. Wesenb. de hered. Inst. nu. 3. in w. Nam sicubi ii prætereantur, testamentum corrui: Hinc est tit. 13. de exheredat. liberorum. conf. rubr. de lib. & posthum. hered. instit. vel exhered. ubi Wes. in parat. n. 3.

Tit. 13. de exheredatione liberorum.

EXHERED.

Nec absens videri debet de exheredatione, qua ad contraria pertinere videtur, primo tractari, quæ de institutione: quanquam ea cogitatio viros doctos movit ut titulum 13. ita conciperent: de Institutione & exheredatione liberorum. M. Wesenb. in comment. ad h. tit. ubi ipsam tituli tractationem quoque carpit, quod Imp. in recensendo veteri jure nimis fuerit. Resp. (1.) Licet enim contraria regulariter postremo loco explicanda sint. C. l. A. in prefat. tom. 1. Aliquando tamen materia ratio postulat, ut ea, quæ consentanea, impediant explicentur. Ut in materia legatorum accidit, ubi prius de ademptione, quam de acquisitione legatorum agitur. conf. tit. Inst. de caput. dimiss. de inoff. testam. tit. ff. quib. mod. usus. Vel usus. amitt. Ad (2.) obi. Resp. ex §. 5. proem. Instit. §. 1. l. de testam. ordin. c. fuerunt. dist. 7. can. 2. dist. 37.

32. Vel

32. Vel instituendi. Est enim heredis institutio, fundamentum, caput ac formale quasi testamenti *vid. Wesenb. in parat. de hered. Instit. nu. 1.* Et definitur, quod sit declaratio testatoris legitima, quem sibi velit heredem esse, *conf. C. l. A. de hered. Instit. th. 1. Nam Besold. Wolff. & alij hic nihil definiunt; & fit vel principaliter, & gradu heredum proximo. ubi solum & integrum est testatori, postquam liberos suos vel exheredaverit, vel instituerit, quoscunque velit heredes instituere, tam liberos homines quam servos, uti patet ex tit. 14. de hered. instit. ubi vid. Bachov. in verbis, supra de suis h. t.*

*Tit. 14. de heredum institutio-
ne.*

33. Vel subsidiarie & in gradu ulteriore: quia enim sæpe fit, ut instituti heredes deficient, ideo permissum est testatori ad evitandum intestati casum, plures heredum gradus facere: & primos, & alios quasi succedaneos & succenturiatos substituere.

34. Hinc describi potest substitutio, quod sit secundi heredis nominatio. *vid. Wesenb. pr. de vulg. & pup. substit. vel ita secundo aut ulteriore gradu, in locum deficientis facta institutio. v. l. ex facto 43. §. Lucius. 2. de vulg. & pup. substit.* Ei^o duæ præcipuæ & in ll. fundatæ sunt spe-

cies, ut apparet ex rubr. de vulg. & pup. substit. quæ & materia & forma possunt discerni; vulgaris nempe & pupillaris. Licet enim communiter plures constituantur species, veluti exemplaris, reciproca, militaris, fidei commissaria, C. I. A. de vulgari & pup. subst. th. 3. Tamen si rem exactius pensitamus, ad premissas illas aut similitudine aut resolutione possunt reduci, ut ab his suum esse sortiantur. Vulteius I. Iurispr. 73.

35. Vulgaris est, quæ à quolibet testamenti factionem habente, cui-cunque heredi in simplicem istum casum fit, si heres non erit. Vult. d. lo. C. I. A. h. 8. 19.

36. Pupillaris est qua testator liberis suis impuberibus in potestate constitutis & post mortem ejus futuris pupillis de herede providet, in casum duplicem, si vel heredes non erunt, vel hereditate quatumvis adita, intra pubertatis annos moriantur. C. I. A. d. lo. th. 13. de ea substitutionis specie agitur in tit. 16. de pupill. substit.

Tit. 16. de pupillari substitutione.

37. Et hæc quidem ad causas testamenti constituentes pertinent, sequuntur destruentes h. e. modi, quibus testamenta infirmantur: idque vel ipso jure vel

vel officio iudicis. *Alij ita. Hactenus de constitutione testamentorum, sequitur de eorum dissolutione: vel ut Vulteius lib.1.I.R.c.73, n.54. effert: hactenus de testamenti factioe, sequitur de testamenti facti infirmatione. Nos termino causse utimur, propter oppositione termini sequentis effectus, v. Cuj. ad l.1. de injust.rupt.*

38. Ipso jure seu potestate juris, citra aliquod factum hominis eo directum, infirmatur testamentum, quando vel rumpitur vel irritum fit. Rumpitur si vitium superveniens in testamentum ipsum incurrat. *Vult. nam. 51. sive ut in §. 1. h.t. habetur; cum in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitatur, quod fit agnatione heredis & mutatione voluntatis. Irritum, cum vice versa testamentum per se quidem sine vitio est, sed vel ab herede destituitur (quod is hereditatem recusat adire) vel à testatore, quando is capite minuitur: de quibus modis agitur tit. 17. quibus modis testamēta infirmantur. Et d. in pr. partis 3.*

Tit. 17. quibus modis testamenta infirmantur.

39. Officio iudicis, seu per sententiā testamentum infirmatur ac rescinditur, quando mota ab exhereditatis, præteritisve liberis, parentibus, fratribus & sororibus (eo casu quo turpis persona à testatore instituta est) querela, testamentum à iudice inofficiosum h. e. non ex officio pietatis fa-

*Tit. 18. de
inofficioso
testamēto.*

Etum pronunciatum *l. 2. h. t. de quo est tit. 18. de inoffic. testam.* Ceterum in hisce præludiis naturam & requisita querelæ inofficiosi cum Antonio Perezio tyrones docere, intempestivum putamus.

40. Tandem cum testamentum jure factum est, nec ulla ex præcedentibus ratione infirmatū, sequitur effectus, nimirum hereditatis acquisitio. *conf. supr. th. 22. fin. cujus definitionem vide ap. Dn. D. Locam. in §. 5. h. t. lit. a.* Nam testamento jure factō, neque infirmato, nihil aliud reliquum est, quam ut hereditas tali testamento jure delata, legitime quoque suscipiatur & acquiratur. *Surbolt. disp. 9. §. 93.* quod ipsam cum pro diversa heredum qualitate (sunt enim vel necessarii vel voluntarii. Necessarii vel simpliciter, ut servi, vel sui & necessarii, ut liberi in potestate constituti: voluntarii vero sunt extranei *pr. l. h.*) diversimodè fiat, (siquidem servi velint nolint heredes esse coguntur: sui existunt ipso jure: voluntarii aditione voluntaria censentur. *vid. Perez. h. Aliter Matthæus disp. 2. fundam. §. 63.* Hereditatem acquiri ait vel ipso jure, suis & necessariis heredibus: vel Facto, heredibus extraneis, puta aditione vel pro herede gestione) ideo *tit. 19. de heredum qualitate & differentia* inscribitur.

*Tit. 19. De
heredum
qualit. &
differ.*

extraneis.

Index.

Dissentit *Ant. Matthai d. disput. 2. th. 101.* *Verf. nonius nadvus. arguens Imp. quasi male de modis hereditatis acquirenda dicere occupaverit, antequam de fideicom. & legitima intestatorum hereditate pensum absolvisset: cum tamen hereditas ha, iisdem acquirantur modis, atq; testamentaria. Hinc etiam Wesenb. in par. de sui & legitimi nu. 3. rationem succedendi ab intestato se inrit. de heredum qual. & differentia explicasse ait, eoque lectores remittit. Sed imò negandum est (1.) ea qua de differentia suorum & necessariorum heredu in isto tit. pramittuntur, esse communia successioni ab intestato, quod ex comparatione priorum SS. patet: aut (2.) convenire per omnia fideicommissaria: Nec (3.) infrequens est, ut, qua communia sunt, primo statim loco adjungantur, quemadmodum in hac eadem materia ff. & Cod. lib. 6. tit. 30. factum. Caterum in hoc tit. alium quoque nadvum notat *A. Matthai*, sapius allegat. *disput. 14. seu 2. th. 116.* quod beneficium inventarij paucioribus verbis exponi potuerit, quam quain constitutionis commendationem arroganter fuerint insumta. *Resp. Const. illa, (l. ult. de jure delib.)* tum nondum erat in corpore *Const. codicis*, quippe qua post Institutiones demum editas, *Codici repetita lectiois* fuit inserta, ergò renorem eius, forsitan à compositoribus aliter concinnanda, in tempestivum fuit exprimere. Maxime cum magis ad trituram praxeos, quam ad theoriacunabula pertineret.*

41. Et hæc de successione civili directa, qua universitas rerum acquiritur, in se considerata, sequuntur accessoria h.e. legata, quibus licet res singulæ directis verbis

verbis in testamento relictae acquirantur, perinde ut usufructibus & donationibus vid. §. ult. sup. per quas pers. &c. reservata tamen sunt huic loco, quia testamentum eorum basis & fundamentum est. princ. & §. 34. l. de leg. §. 2. inf. de fideicom. hered. Exponuntur autem & eorum consentanea h. e. definitio divisio & causae &c. h. t. 20. de legat. (In qua definitione non redundant verba ultima, ab herede praestanda; uti putat A. Matth. fundam. jur. disput. 12. th. 12. Pacius in not. ad d. §. 2. & aly; Cum regulariter legatum ab herede praestandum sit l. 22. de Legat. 2. eoq; nomine is, inde ab aditione hereditatis, obligetur §. 4. l. de O. que quasi ex contr. nasc. v. Tim, Fabr. disp. 20. th. 1. B.

42. Et dissentanea, quibus scil. modis relictum ejusmodi auferatur & transferatur vel à testatore, qui legatum adimere & transferre potest, qua de re est tit. 21. de ademt. & transl. legat. Vel à lege, cum hereditas legatis exhausta probatur. Lege enim Falcidia cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum, ut heredi non minus quarta hereditatis parte relinquatur. de qua lege est tit. 22. de Lege Falcidia.

43. Expedita sic successione testamentaria directa (quae directo & im-

media-

Tit. 20. de
legat. u.

Tit. 21. de
ademptione
& trans-
latione le-
gatorum.

Tit. 22. de
L. Falcidia

mediate à testatore descendit) transit
 Imperator ad fideicommissariam: (quæ
 per intermediam, heredis fiduciarii
 personã, alicui defertur. *Dn. D. Locam.
 in exercit. ad h. loc.*) Etenim si alicui heredi-
 tas vel legata non possent directo relinqui
 (quemadmodum multi olim prohibeban-
 tur institui, aut legatis honorari, ut cœli-
 bes, orbi, Iuniani, mulieres *vid. Sæthold. dif-
 fert. 10. th. 88.*) huic fideicommissi subsidio
 relinquebatur. §. 1. l. h. t. Idque fiebat etiam
 vel testamento vel codicillis. §. 2. l. de co-
 dicill.

44. Ceterũ ut directã hereditas testamen-
 taria considerata fuit & in se & in suis ac-
 cessorijs, itã etiam fideicommissaria con-
 sideratur & in se & in suis accessorijs
 h. e. codicillis.

45. Quod doctrinã fideicommissor-
 um in se spectatã attinet, definitur
 fideicommissum *ab Vlp. frag. tit. 25. princ.*
 quod non civilibus verbis sed precati-
 ve relinquitur, nec ex rigore juris ci-
 vilis proficiscitur, sed datur ex vo-
 luntate relinquentis. Vbi per civilia
 verba intellige verba legum civilium impe-
 rativa. *v. l. verbis 7. de vulg. substit. & directã
 l. 15. C. de testam.* Leges enim imperant seu
 jubent

jubent, non rogant, vnde etiam legatum dictum est quod legis modo id est imperative testamento relinquatur. *Vlp. in fragm. de legat. Verba fideicommissorum ex §. ult. l. de singul. reb. omnino memoria infigenda sunt. add. l. 115. 118. de Legat. 1.*

46. Est autem universale vel singulare. Universale est, cum testator fidei heredis committit, ut totam hereditatem vel partem hereditatis restituat, quæ fideicommissaria hereditas dicitur, de qua, ut & de jure illo quod heredi fiduciario (*ita comm. dicitur*, qui restituit: *fideicommissarius* autem cui restituitur. *l. 46. ubi gl. ad SC. Trebell. Harpr. ad pr. l. h. t. nu. 6. quanquam Panciroll. 3. var. cap. 21. nudum executorem ibi intelligat. Perperam: ut textus ipse ostendit. Et fideicommissarius heredi opponitur §. 7. l. h. t.*) ex SCto Trebelliano & Pegasiano, in detrahenda quarta competit, agit. *tit. 23. de fideicommiss. hered. & ad SC.*

Tit. 23. de fideicommissaria hereditate & ad SC. Trebellianum.

ex deors.

Qui elementa hactenus sine magna caussa arietarunt, hic sine excusatione tacent. Itaque earum vicem exercitii caussa subituri, dicemus fideicommissariam successionem qualis hodie est, totam legislationem testamentariam quasi subvertere. Si enim fideicommissum non tantum quinque testium qualicumque presentia; sed & sola fideicommittentis scriptura perficitur. (ad quam reco-

recognoscendam itidem quinque testes, nec ul-
 tra quidquam requirunt *Alciat. & alij citati à*
Manic. lib. 12. de conj. ult. vol. tit. 16. n. 23.) Imo
 si & his deficientibus sola confessione heredis ef-
 ficax obligatio inducitur *S. ult. de fideicom. he-*
red. Ita ut heres voluntatem licet minime solen-
 nem agnoscens, teneatur actione in factum ex sua
 confessione *Peregrin. de fideic. c. 45. & 46. Ant. de*
Perra q. 10. n. 26. Lessius lib. 2. de testam. c. 19. n. 16.
per l. ult. C. de fideicom. Bonacina tr. de contractib.
disf. 3. q. 1. puncto. 3. n. 7. quippe quem etiam is, qui
 intestatus moriturus est rogare potest ut heredi-
 tatem restituat. *S. 10. l. h.* Si porro nõ usque inter-
 est quib. verbis fideicommittatur: *l. 34. §. 7. de leg. 2.*
 cum omne verbũ significans sensum testatoris fi-
 deicommittere volentis, sufficiat ad inducendum
 fideicommissum; siue sit præceptivum, quale est
 præcipio, jubeo; siue precarium quale est rogo
 volo, fideicommitto. *l. 2. Cod. Comm. de leg. l. 21.*
C. de legatis. quid adeo de solennitatibus sumus
 solliciti, quin testamenta cum Lucio Titio facia-
 mus siue omni Icto, rationem animi nostri po-
 tius secuti, quam nimiam & miseram *Vid. l. 12. de*
inj. r. rupt. & irrito. testantium diligentiam per
l. 88. §. ult. de leg. 2. Maxime cum hodie clausulæ
 codicillares omnia possint: etiam verba directa
 obliquare, *Surdus consil. 232. nu. 19. & 23. Tuscus*
rom. 1. lit. C. concl. 292. n. 15. & quælibet dicta, facta,
 imo etiam nec dicta nec facta facile huc trahan-
 tur & resolvantur in clausulam codicillare *l. 11. §.*
22. de leg. 3. l. 33. §. fin. eod. l. 21. de leg. 3. In eo enim
 vel præcipue se exerit fideicommissorum præro-
 gativa & favor: quod in eis sufficiat quælibet vo-
 luntas, etiam coniecturata, inquit *Peregr. art. 1. n.*
45. & art. 4. n. 2. Suarez thesaur. recept. sentent.
lit. F. nu. 105. l. 15. C. de fideic. & omnino l. & sine §.
C. ad SC. Trebell. l. miles 75. de leg. 2. & l. in 22. C. de
fideicom.

fidecom. Quæ rationes & jura pragmaticos nostros ita animarunt, ut jactare inter repotia sua soleant bonum quidem semper esse habere judicem favorabilem; præcipue tamen in materia fideicommissorum, quæ ut plurimum eius arbitrio sit remissa, *P. Ant. de Perre de fideic. in præf. n. 8.* ¶ Facile tamē & hic principia nostra salvabimus si (1) verba directæ à precariis sollicitè distinguem⁹, (2) si certum etiā numerum testium hic requiri probabimus *l. ult. §. 3. C. de codicill. l. ult. C. de mort. caus. don. l. ult. C. de fideicom.* & alios testes ad solennitatem probationis desiderari, ostendemus (3) si voluntatem testaturi, ab intentione fideicommissaria secernemus: *§. l. 11. §. 1. de leg. 3.* (4) si clausulā codicillare per supposititios intellectus nec admitemus ubivis, nec potestatem eius ad vitia formalia corrigenda extendemus.

47. Singulare est, cum heres vel etiā legatarius, res singulas rogatur restituere (non hereditatem vel partem hereditatis) *de quibus agitur tit. 24. de sing. reb. per fid. vel.*

48. Tandem codicillis nō quidem directæ, sed fideicommissaria hereditas defertur *d. §. 2. h.* unde in hac materia testamentaria, codicillorum doctrinā tanquam affinis & accessoria extremo locō exponitur.

tit. 25. de Codicil. Qui sunt ultima voluntas *l. fin. §. 1. & ult. C. h. t.* testato vel intestato defuncti, minus solēnis, coram quinque tamē testibus patefacta, in qua, etiā sine heredis institutione, legata aut fideicommissa alicui possunt relinqui. *§. 2. h. t. aliter Græci aliq. ex Dd.*

*Tit. 24. de
sing. reb.
per fideicō-
missum re-
lictis.*

*Tit. 25. de
Codicillis.*



PARTIS III. *sect. i. & 2.*

IN QVA ELEMENTORVM
juris, de successione ab intestato,
methodus designatur & de-
fenditur.

Respondente

IOHANNE-PHILIPPO Rast.

SECT. I.

PREFATIO.

QVamvis in eo omnes certatim convē-
niant, nihil ad docendum discendum-
ve aptius esse ordine; post *Socrat. Platon. Arist.*
Augustin. peculiari tr. Hortom. lib. 2. dial. in-
stit. cap. 4. quo nihil vel in animo vel in ope-
re sapientis possit esse admirabilius. *Scal. ex-*
erc. 1. sect. 2. quanquam porro in ordine non
minus atque in discussione obscurarum
quæstionum maxime valeat distincta divi-
sio. *Schneid. ad §. fuerat. Inst. de Act. n. 1. Harpr.*
proem. I. num. 30. & 41. Ita ut illi optimè do-
cere dicantur, qui benè distinguunt, *gl. in §.*
igitur. 4. proem. Instit. & qui in tenues etiã
partes materiam dividunt, subtiliter, *letho-*
mus procedere, uno eodemque vocabulo
F lauden-

82.
laudentur: Sunt tamen qui studium istud
ut illepidum & insubidum cavillantur, ma-
xime si omnia ad dichotomiã per minutif-
simas partes revocentur: in eamque senten-
tiam trahunt autoritatem Senecæ, qui in
nobiliss. illa, quã de partitione philosophiæ
scripsit epistola, numero 89. inter alia scribit:
Idem vitii habere nimiam, quod nullam
divisionem; simile item confuso esse, quic-
quid usque in pulverem sectum est. Et ca-
nonem vino. 4. dist. 37. vbi dialecticorum ten-
dricula & vincula vocantur phantasmata. O-
stermann. in rational, ad pr. 1. de hered. qual. &
differ. ubi opponit trimembres divisiones rubr. 1.
de I. N. G. & Civili. ff. de jurejur. l. 30. de Vsucap.
Iterum: juris in sacrum, publ. & privatum: ad
§. 4. l. de I. & I. Arnif. lib. 2. de Repub. c. 1. sect. 5.
nu. 3. ubi nullius artis esse ait dichotomias, quæ
species non pariunt. ¶ Nihilominus sunt
alii viri doctissimi, qui hanc ceu legem di-
visionis exigunt, ut distributio, quantum
fieri potest bimembris constituatur. M. We-
senb. parat. de pact. nu. 4. vers. atqui secundum
dialecticos, primùm erãt duæ species ponendæ.
Trentl. 1. disput. 2. rh. 1. a. Dan. Otto. lib. 1. dial.
jur. cap. 26. nu. 3. Cujac. ad l. 5. de pact. ubi eos,
qui tria genera faciunt, cum duo possint, rem
non dividere, sed frangere ait. Bachov. in com-
ment. de pact. tit. de divisione pactorum p. 563.
Hottom. lib. 2. Inst. dial. cap. 6. p. 139. Rationes
& limi-

83.
& limitationes vid. ap. *Sagittarium centur.* 5.
axiom. *Logic. decur.* 9. 8. 2. ubi *Arist.* & alios phi-
losophos laudat. Ictorum veterum exemplū
imitati, v. l. i. de his qui sui vel. l. i. §. i. de adopt. l.
i. ibi: divisio in duos articulos. de R. D. l. 7. §. 8.
de pact. l. x. de jur. & fact. ign. l. i. §. i. & seqq.
de injur. l. 2. de furt. l. 7. de publ. jud. & aliis lo-
cis, qui passim in isto *Συνοπασματικῶ* occurrunt.
Donell. 12. comm. 9. & pass. *Vultenus* in *Jurispr.*
Obrechtus de feud. *Vinnius.* 2. partit. c. 5. ibi: age
videamus, quo modo causa superiores pro oppo-
sita possint *δὶχα τέρμινθαι*. Itaque non pigra-
bimur, qua occepimus tela. (citra supersti-
tionem tamen & otii abusum l. 23. C. ad S.
rellej.) principia isthæc pertexere: Scali-
geri nostri autoritate (quanquam sine ulla
adplicatione, de super solenniter protestan-
do) animati, qui in 2. *hist. Anim. Arist. cap. i.*
princ. eos, qui libros in membra partiuntur,
eaque membra in certas portiones, tantum
abest ut damnet, ut solos putet meritò sa-
pientes appellari: quippe qui omnia ha-
beant & in numerato & eo ordine, quo vel
de nostra intellectione vel de naturæ legi-
bus eliciuntur.

Thesis 1.

Postquam ergo superiore tractatu me-
thodus successionis testamentaria delinea-
ta fuit: sequitur recto ordine ea quæ ab in-

F a

testa-

87
testato defertur. v. part. 2. §. 26. Dicitur ea
legitima διαφθερα, quia immediatè &
proximè per legem defertur, cum te-
stamentariam non tam Lex, quàm homo
deferat. v. l. 130. de V. S. B. Sutholt. diff. 11. th. 1.
omnino Tim. Fab. disp. 21. ubi modum hunc suc-
cedendi rectè civilibus annumerari, defendit.

ἐπιθήσις.

Intestati definitionem quæ in princ. tit. 1. ha-
betur committit A. Matthæi Colleg. Inst. 1. diff. 13.
th. 1. cum Papiniano in l. 1. de ini. rupt. irr. f. r.
(1.) quia Imp. non distinguat inter testamentum
non jure factum & testamētum nullius momen-
ti: quod Papinianus faciat. (2.) quia Imp. vice-
versa distinguat inter testamentum irritum & ab
herede destitutum, quod Papinianus non faciat:
sicut nec Triphoninus in l. 20. de bon. poss. con r.
tabb. & Vlpian. tit. 23. contrarius sibi in l. 1. de
suis & legit. hered. Resp. Papinianus in d. l. 1. non
tam definitionem tradere voluit intestati, quam
causas quæ testamēta vitient: de quibus in d. l. 1.
quatuor proponit regulas. & Cujac. in Papin. ad
d. l. 1. & ad l. 1. de LL. (2.) per Non jure factum te-
stamentum, σιωτόμου λόγου, ut Theoph. ait, inju-
stum testamētum intelligitur. At iniusti nomine
comprehenditur etiam id quod nullius momen-
ti: Adeoq; Imp. uno vocabulo utrumq; dixit. &
Cujac. in comm. ad d. l. 1. Eadem ferè reponi pos-
sunt ad obiectionem alteram: Accuratius enim
loqui eos necesse est, qui rem definiunt: unde
Imp. in d. pr. & Vlpian. in d. l. 1. de suis & legit.
conf. l. 6. §. 5. de inj. rupt. irr. f. r. irritum testa-
mentum à destituto separant: pinguius autem
loqui licet aliis, qui id principaliter non agunt
ut definitiones commententur. Scilicet vox irriti
vel generaliter sumitur, vel specialiter. In genere

irritum fieri dicitur testamentum, quod per testa-
 torem, vel heredem vitiatur; testatoris inquam
 vel voluntate, si is contestatione nuda professus
 fuerit, se nolle ut prius testamentum valeat, &
 post hanc professionē decennium decurrat: (*qua
 est sententia l. 27. C. de testam. Non ea, quam Coh-
 man. 2. respon. 53. nu. 19. & l. resp. 37. nu. 236. eli-
 cere voluit, quasi testamentum minus solemniter
 factum lapsu decennij confirmetur: G. A. Gerhard.
 disput. 9. de testam. th. 7. 14. 15.*) vel vitiū ex per-
 sōna testatoris emergente, puta si capite minua-
 tur d. l. 6. §. 5. Denique ex personā heredis, si is
 hereditatem non adierit, quod in specie testa-
 mentum desertum & destitutum nuncupatur.
*Cujac. in d. comm. ubi hos terminos elegantissime
 distinguit & explicat. C. A. Unde liberi. th. 2. & 3.
 ubi successio ab intestato etiam desinitur.*

2. Discernendum autem est, in hac suc-
 cessione jus vetus à novo; (quod subji-
 citur in *Novellis maximè* 118.)

EXDIOTIS,

*Inter novos Institutionum recenset A. Mat-
 thaei, quod hic & alibi jus vetus referatur. disp. 2.
 fundam. jur. th. 87. ibi: novus secundus. Injuria:
 Perfectius enim intelligi potest jus emendatum,
 ex collatione eius quod sublatum est. Timaeus Fa-
 ber disput. 7. Instit. th. 12. ubi & conf. etiam sup. th.
 22. part. 2. Itaque spernenda sunt equidem anti-
 qua subtilitatis ludibria. l. un. Cod. de nudo jure
 Quirit. toll. & Veteris juris non est resolvenda pro-
 luxitas l. un. §. 9. f. C. de caduc. toll. nempe si de cau-
 sis decidendis agatur: At si de penetranda inti-
 miore juris scientia agatur, non omninò hac insu-
 per sunt habenda §. 1. l. de testam. Ordin. d. l. un.
 §. 2. & 9. C. de caduc. toll. ut scil. manifestum fiat
 & quod antea vacillabat, & quod postea in sta-
 bili.*

1
bitatem redactum est. l. 2. §. sed cum. ii. C. de P.
I. E. Quid quod Inst. ante Nov. edita, jus illarū, com-
prehendere nō potuerūt? E. Nec probare Perez; ij &
aliorum commōtatorum mōrem hāc possimus, quō
titulus istos tredecim, tanquam jure obsoleta tur-
gidos sicco pede praterierunt, in quibus tamen sci-
tu non tantum jucundissima, sed utilissima simul
plurima continentur.

3. Iuris veteris historia & dispositio
proponitur novem hujus libri titulis prio-
ribus hoc ordine. Quod successio defera-
tur, vel Jure Cognationis (vocabulo ge-
neraliter sumpto, vid. §. 1. supra de legit. agnat.
tutela) vel jure Patronatus. Iure cogna-
tionis, Cognatis, genericē ita dictis, jure Pa-
tronatus patronis.

EX DEOR.

Alii ita: successio legitima est vel ingenuo-
rum, vel libertorum. Giphān. hic nu. 3. Et Pa-
cius in Isagog. th. 7. Sed quia in altero termino
successio activē, ut ita loquar, sumitur; in altero
passive, duriuscule sanē, malimus hac ratione
uti. Quod si maxime hoc quis ita explicet cum
Surbolto d. loco. ut defunctus de cujus successione
quæritur, hic solum spectetur, quod vel fuerit
ingenuus; vel libertus: tum vero divisionem eam
non ingreditur ut. septimus, qui est de servili co-
gnatione.

4. Cognatio ergo alia est ex libertate;
alia ex servitute: confer pr. infra de servili
cognatione, de illa exponuntur & successio
ipsa & gradus cognationis, secundum
quos illa dirigitur.

5. Suc-

5. Successio cognatorum ex libertate (seu hominum ingenuorum sibi per necessitudinem sanguinis invicem conjunctorum,) defertur quibusdam jure Civili, quibusdam jure Prætorio.

6. Per Ius Civile intellige, hoc loco, leges 12. tabb. & SCta.

7. Lege 12. tabb. defertur successio intestati. 1. Suis, i. e. liberis qui in potestate morientis fuerunt gradu proximi: *de qua re agitur tit. generali. 1. de hereditat. qua ab intest. deferuntur.* 2. Deinde agnatis, h. e. cognatis, per virilis sexus personas conjunctis, *de quorum successione agitur tit. 2. de legit. agnat. successione.*

Tit. 1. de heredit. qua ab intest. deferuntur.

Tit. 2. De legitima agnatorum successione.

Tit. 3. De SCto Tertulliano.

8. SCtū duplex est: Tertullianum, (quo mater ad successionem liberorum admittitur) *tit. 3. de SC. Tertulliano.* Et Orphitianum, (quo liberi ad successionem matris vocantur,) cum lex 12. tabb. neutr. ord. rationem haberet, veluti personarum extra familiam positarum, *De harum successione est tit. 4. de SCto Orphitiano.*

Tit. 4. De SCto Orphitiano.

9. Prætorio demum jure vocantur Cognati in specie dicti, hoc est per foeminas conjuncti, *de quorum successione agitur tit. 5. de success. cognat.*

Tit. 5. De successione cognat.

10. Quia vero in successione non tan-

F 4 tum

tum cognoscendi sunt ordines, suorum,
 agnatorum, matris item ac liberorum, ac
 denique cognatorum; sed in ordinibus ipsis
 proximitas graduum, ideo jam rectè
 subjicitur *tit. de gradibus cognationum*, ut ap-
 pareat, quo gradu quisque conjunctus sit
 defuncto, utque secundum gradus præro-
 gativam, proximus eidem succedat. Dicti
 autem sunt gradus *μεταφορικῶς* à similitudi-
 ne scalarum, locorumve proclivium; quos
 ita ingredimur ut à proximo in proximum,
 i. e. in eum, qui quasi ex illo nascitur, trans-
 eamus *l. 10. §. 10. de gradibus*; definiturque
 Gradus Pacio in *Isagog. h. C. A de gradib. th. 2.*
 distantia agnatorum & cognatorum
 ex generationibus numeranda. *de his*
est tit. 6. de grad. cognat.

*Tit. 6. De
 grad. co-
 gnat.*

extrin.

Doctrinam istam vulgò vocant, de arbore
 consanguinitatis & affinitatis, eamque noviss. ex-
 plicarunt Borcholt. Schulzius & alii tractatibus
 peculiaribus. Dupliciter autem eos peccare ait
 Cujac. in *recit. C. Unde Vir & uxor*, qui ita lo-
 quuntur. Nam (1.) inquit graduum dispositio si-
 militudinem nullam habet cum arbore; sed cum
 scala potius vel gradibus: (2.) Neque consan-
 guinitas unquam significat cognationem, sed tan-
 tum fraternitatem. facit *l. 1. §. 10. de suis & legit.*
pro vulg. tamen hac loquendi consuetudine &
Wesemb. in parat. Unde legitimi. n. 2.

II. Et hæc de cognatione ex liber-
 tate

rate seu ingenuitate, & ut ita dicam liberali (*ita enim liberales artes pro ingenuis dicimus; alio sensu nominatur liberalis causa & liberale iudicium, in quo de libertate discipatur*) nunc sequitur de cognatione servili. Est autem servilis cognatio, eodem *Pacio definiere*, cognatio, servitutis tempore contracta, post manumissionem attendenda, adde: Hodie etiam ad successionem proficiens. Licet enim olim Serviles cognationes in successione non attenderentur; Iustinianus tamen libertis quoque, juxta cognationem in servitute contractam, jus hereditatum & mutuarum successio-
rum concessit, uti patet ex *l. ult. C. de bon. libert.* & quod antenus indicat ellipticus iste titulus, *7. de Tit. 7. De serv. cogn.* Quo titulo tractatus de successione, quæ jure cognationis (vel ex libertate vel ex servitute derivatæ) defertur, absolvitur & finitur,

subdit.

Giphan. in Oecon. h. libri. nu. 12. Ant. Matth. disp. Instit. 13. sb. 15. & alij, hanc rubricam in manuscriptis extare negant, adeoque cum Græcis, illam partem præcedentis constituunt: ut sanè in *Mssis Obrecht.* etiam superiori titulo cohæret. & *notat & Pacij ad hunc t. arg. §. 1. b. t.* Ea tamen, quæ hodie utimur, editio, quibusdam veterum exemplaribus congruit, ut testatur *Accurs. ad hanc*

F 5

rubr.

rubr. ibi: Aliàs est hic rubrica de seruil. cognat. & vel ex methodo pralibata defendi potest. Nam utcunque in d. §. 1. denuo de successione Civili agatur; quia tamen id novum non est, ut post absolutum tractatū integrum ἀνακεφαλαιώσις quædam; sive explicatio aut expositio specialis subficiatur confer. lib. 1. tit. de cap. dimin. ubi in calce tituli Imp. ad legitimam tutelam redit, ejusque expositionis finem imponit, ideo nos idem h. loco à recepta lectione dimovere aut abstrahere non debet.

12. Restat de ea successione tractatio, quæ Patronatus jure contingit, de qua agitur & in genere seu absolute: quemadmodum Patroni eorumque liberi in bonis libertorum succedant, quod ostendit, *tit. 8. de success. libert. (intellige passive, ut cum gl. & Nd. loquitur ipse Bachov. h. id est de jure succedendi, quod patronis competit in bonis libertorum, pr. Inst. h.)* Et in specie ac relate, quemadmodū liberi his succedant, assignatione cuiuspiam à Parente facta. Assignare autem libertos Patronus dicitur, cum alicui ex filiis (*non solis; sed & filiabus §. 1. h. t. l. 201. de V. S.*) unum vel plures libertos adtribuit, ut is tantummodo solus bona liberti cōsequatur. *Wesemb. in §. h. t. pr. vel ut brevius Modestinus in l. 107. d. t. assignare libertum est testificari, cujus ex liberis libertum aliquem*

*Tit. 8. De
successione
libertorum*

quem esse, Patronus & Pater voluerit, de qua tit. 9. de assignat. libert.

Tit. 9. De
assignatio-
ne libert.

ex deors.

Nec est quod quis arbitretur, quasi & hic sit peculiaris per universitatē modus acquirēdi, quo libertus assignatus cum omnibus bonis suis in potestatem cuiuspiam filiorum transt: non enim ipsa assignatio dominium transfert, sed successio: qui enim assignat, is nondum transfert, & translationem tantum destinat, l. 46. in fin. C. l. 49. §. 3. de leg. 3. l. 1. §. 24. de ventre in possess. mistendo. Illa verò A. Matthæi impropertio, quam circa hanc tractationem pro nævo undecimo assignat. disp. 2. fundam. 0. 103. planè omni colore caret: Ait Imperatorem pollicitum fuisse, se in §. ult. Inst. per quos person. de testamentaria & legitima distinctim acturum: At in tit. 8. lib. tertii de utraque promiscuè agere: in loco, ubi de hereditate intestati tantum fuerat agendum. Resp. Etenim Imp. primario intenderat explicare jura ingenuorum: secundariò v. jura servorum & libertorum: de quibus ergò suffecerat extremo loco paucula ad rem, & historię causā præcipuè coniunctim monuisse: ut ex ichnographia nostra clarissime patet.

13. Atque his quidem titulis explicatur primus ac præcipuus acquirēdi per universitatem modus, potissimum jure Civili introductus, nimirum hereditas seu successio ex testamento vel ab intestato delata: Sequitur alter modus Bonorum possessio, qua Prætor iis, quorum Ius Civile rationem non habet, bonorum relicto-
rum

rum possessionem, seu dominium bonita-
 rium, *ur Theophilus hic loquitur*, cum dire-
 ctum non possit, intra certum diem polli-
 cetur, & effectutenus opes & bona heredi-
 tatis, (saltem nomine & titulo eo viduata,) *confert. vid. Wes. in w. de bon. possess. n. 1. de qua*
est tit. 10. de bonor. possessionib. Definitur au-
 tem bonorum possessio *in l. 3. §. 2. d. t.* Jus
 persequendi retinendique patrimo-
 nii, sive rei, quæ cujusque, cum mo-
 reretur, fuit,

*Tit. 10. De
 bonor. pos-
 sessione.*

14. Tertius per universitatem acqui-
 rendi modus est Acquisitio per arropa-
 tionem, qua is qui arrogatur, cum univer-
 sis bonis suis transit in potestatem arrogan-
 tis: *tit. 11. de acquis. per arrogat.*

*Tit. 11. De
 acquisit.
 per arrog.*

15. Quartus est Acquisitio per ad-
 dictionem bonorum libertatis causa
 facta, qua servo hereditario, vel cuilibet
 etiam extraneo, hereditas oberata certo pre-
 tio solenniter addicitur, ne libertates con-
 cessæ pereant, nemine herede existente, *de*
qua est tit. 12. de eo cui libert. causa bona addi-
cuntur.

*Tit. 12. De
 eo cui li-
 bertatis
 caus. bona
 addicuntur.*

videtur.

Hic v. iterum à methodo Iustiniana recedit
Althusius. 1. I. R. cap. 24. in fin. dicitans Acquisi-
 tionem per arrogationem, commodius ad con-
 tractus referri; eam quæ fit per additionem bo-
 norum, ad iudicium. Verum sciendum est, hic
 non

non tam considerari tractatum & conventionem de arrogatione faciendam, quam ipsum arrogationis actum, §. 1. *h. r.* quomodo ab ipso *Vult. Althuisii Antesignano l. l. R. cap. 72.* inter modos acquirendi Dominii refertur, & definitur quod sit: adeptio dominii in bonis arrogati, per arrogationem arrogati competens. Nec apparet solida ratio quare postrema species ad tractatum de iudicio referatur, cum ea nihil aliud sit, quam solennis quaedam mancipatio hereditatis in Iure, autoritate Magistratus facta, tuendarum libertatum gratia, quia is cui bona addicuntur, loco bonorum possessoris constituitur.

16. Et hi erant quatuor illi modi tempore Iust. adhuc usitati: referuntur jam etiam duo modi ex antiquo & sublato Iure, quorum unus constabat per bonorum obæratæ venditionem publicam, quæ per multas ambages fieri solebat: ut *Cic. pro Quintio exponit*: Nam creditores prætorem ter adire & ab eo impetrare cogebantur: primo, ut liceret bona debitoris possidere: deinde ut permitteret eis curatorem constituere: Tertio ut daret legem bonorum venditioni atq; facultatem, ut cum emptore bonorum seu familiæ quisque de parte debiti sui pacisci liceret, v. *Giphani in comment. h.* quam venditionem comitabatur infamia, v. *Gell. 20. N. A. l.* Verum quia hæc im-

hæ impetrationes ex Iudiciorum ordinari-
 orum solennitatibus dependerunt, &
 postea l. 1. *Cod. de formul.* sublatae sunt: Mo-
 dus iste succedendi etiam obsolevit, remo-
 tisque ambagibus & successione emptoris,
 ipsi creditores pro quantitate debiti in bo-
 norum possess. mitti cœperunt, *l. cum pro-
 ponas. Cod. de bon. auth. iud. possid.* ut ea deni-
 que distrahantur, *l. pro debito. 6. Cod. d. r. No-
 vell. 53.* Alter modus tum locum habebat
 quando ingenua mulier cum alterius servo
 consuevisset, neque post trinam Domini
 nunciationem destitisset, tum enim libidi-
 nosa mulier ejusmodi, unà cum omnibus
 bonis suis domino servi ex SC. Claudiano
 addicebatur: quod SC. ut nimis durum
 sublatum est, Et fragilitati sexus condona-
 tum, ut substantiam & libertatem mulier
 retinere, Dominus autem servum castigare
 & à muliere repellere possit, *l. un. C. de SC.*

*Tit. 13. De
 successioni-
 bus sublat.
 qua fieb.
 per bonor.
 vend. & ex
 SC. Claudi-*

*Claudian. Et hos modos indicat tit. 13.
 de success. sublat. qua fiebant per
 bonorum vendit. & ex SC.*

Claudio.

PAR-

PARTIS III. SECTIO II.

DE SUCCESSIONIBVS AB

intestato, juxta methodum Nov.

118. C.1.2. & 3. digesta.

Thesis 1.

ET hæc quidem ad cognoscendam veteris juris historiam præmittenda fuere: Nunc extra ordinem de substituto, per Novellam 118. jure novo, pauca delibabimus, cum Imp. illam dispositionem compendiosa divisione *συνομοφ διαρίσεις*, adeoque instituto nostro convenienti, digesserit: Alii autem ordinem d. const. in suis tractationibus liberius neglexerint.

2. Ergo jure Novell. omnis generis ab intestato successio, tribus cognoscitur gradibus, ut habet vulg. in præfat. d. Nov. 118. sive ut rectius Haloander vertit verbum *τάξιν*, ordinibus; quod & Sutholdum monuisse deprehendimus differt. 11. §. 24. Descendentium, ascendentium, & collateralium. Quos more nostro dichotomicè ita dispescimus, ut successionem aliam statuamus ex linea recta, aliam ex obliqua. Rectam vocantes quæ in linea recta cōjunctis defertur, nempe descendentibus & ascendentibus: Obliquam, seu transversalem aut collateralē, quæ ex latere cōjunctis competit. Ita Althufie

ihusio quoque rem tractare placuit. i. Dicaeolog. cap. 58. nu. 8. At Vultei. i. Iurisp. 74. maluit successionem dividere in primariam descendenti-um, & secundariam, ascendentium & collateralium: quem more suo sequitur G. Schulz. in synopsi Instit. p. 205. Quibus objici potest, quod agnatis successio olim; hodie ascendentibus & omnibus collateralibus ipsa L. deferatur, ut secundaria dici vix possit: Item quod ascendentes non satis rectè collateralibus equiparentur. v. cap. 2. Novell. 118.

vultei.

Conferri possunt hi ordines cum veteribus hoc modo: Ordo primus, descendentium, nomine & re productus est: Neque enim suos tantum heredes, sed omnes liberos ambitu suo complectitur: pro secundo autem ordine agnatorum introductus est, re & nomine restrictior ordo ascendentium seu parentum: pro tertio denique (cognatorum sc. quem Prætor introduxerat) nomine & re iterum substitutus est collateralium: i. e. aliorum quorumcunque tum agnatorum, tum cognatorum d. Novell. cap. 2. in f. promiscue & absque ulla differentia sumptorum: Dn. D. Locam. de causis actionum. th. 70. n. 4. quibus gradibus expositis, undique perfectam esse successionis legem, jactat Imp. in fine cap. 2. Sed quid est quod alii quinque gradus (ita loquitur Treutl. 2. d. 16. th. 1. l. 1. c. f.) enumerant: præter istos inquam tres, successionem conjugum & filii? Treutl. diloc. Schulz. Synops. Inst. lib. 3. tit. 5. pag. 204. Alii plures notant: successionem scil. Patronorum, conjugum, consortium, filii. Boceri. 3. d. 10. th. 10. 55. Vultei. I. I. R. cap. 74. post. nu. 17.

Alii

Alii successionem clericorum addunt (quam Bo-
 detus & Vult. sub consortibus comprehendunt.)
 In bonis enim, intuitu Ecclesiæ à Clerico quæsi-
 tis, succedit Ecclesiæ. *l. 20. C. de Episc. & Cler. Nov.*
131. cap. 13. sive collegium clericorum: aliquan-
 do; si nempe clericus bona separatim extra Col-
 legium possederit, Episcopus, parochus & simi-
 les. *c. relatum pr. extr. de testam. c. fin. de offic. or-
 dinar. in 6. Clem. 2. de elect. Vallens. lib. 3. tit. 27. n. 8.*
 Resp. Quod ad reliquos modos attinet, facite
 quidem Imp. excusari potest, quia in hac Novelli.
 de successione præcipua & ordinaria reformanda
 laborabat, quæ sit jure communi cognationis:
 non de ea quæ sit jure Patronatus: cogitabat item
 de successione laicorum, ut vocant, sive secula-
 rium; non de ea quæ est Clericorum aut perso-
 narum Ecclesiasticarum. Nec fiscus proprie in-
 ter succedendi ordines referri videtur: Occupat
 enim ille bona vel ut damnatorum, vel ut vacan-
 tia & herede destituta. Illi non possunt dici in-
 testati; eum potius sint nominandi intestabiles:
 (quamvis resp. creditorum quibus bona obligata
 sunt, fiscus & hic succedere dicatur *l. 15. de int. Gre-
 leg.*) posterior occupatio etiam non fit jure succes-
 sionis sed jure regalium. Ita Bachov. *ad d. loc.*
Trent. notat p. 992. ¶ Superest illa deliberatio de
 conjugum successione, quam non tantum Præ-
 tor, introduxit, sed Imp. etiam confirmavit *§. sed
 eas. 2. §. etiam vero. l. de bon. poss. & in C. futuri re-
 tulit. Cost. Theod. & Valent. l. un. C. und. vir. &
 lex. qua maritus & uxor ab intestato invicem sibi
 in solidum succedere jubentur, quoties superiores
 ordines deficiunt.* Imò ipse iterum Iustinian.
*Novell. 53. cap. ult. in fin. pr. ibi: similiter quidem
 in viris, similiter autem in mulieribus: commisa-
 nem namque etiam hanc super eis ponimus l. &
 proxime præced. Novell. 117. c. 3.* sollicitè de conju-

gis inopis successione unà cum liberis, disposuit: Nec uxoribus tantum consuluit, ut *Gu. post Cujac. Gudelin. lib. 2. cap. 16. nu. 16.* sed etiam marito. *Novell. 127. cap. 3. auth. praterea C. und. Vir & ux. Tirmaus Fab. d. 21. d. ult. a Gast 2. obser. 98. n. 5. Non obstante cap. 5. Novell. 117. f. cujus caput is recensio non est sine ratione suspecta. Vid. C. A. und. Vir & ux. th. 3. Berlich 3. con. lus. 26. num. 38. & conclus. 29. nu. 19.* ¶ Resp. Bachov. d. d. 1. b. Successionem conjugum superesse ex Iure Prætorio itaque in Nov. 118. de ea nihil agi. Sed hæc ratio (1.) non concludit: quia cognatorum successio ex cod. jure est: Et tamen Imp. de his quoq; ibidem disponit. (2) nec Prætor tantum, sed & Principes conjugum curam habuerunt, uti modo ostensum est. *Vulteijs & Schultz. d. loc. p. 205. & 277. dist. inter successionem naturalem, quæ jure sanguinis & proximitatis competat, & civilem istam, quæ è juris civilis titulo aliquo peculiari deferatur.* Sed hi termini evertuntur *per l. unie. C. unde Vir. & uxor.* ubi de successione in linea recta & collateralis utriusque termini usurpantur, legitima & naturalis: (*Vocem legitimam, Cujac. in recit. ibid. refert ad successionem agnatorum: naturalem ad successionem cognatorum*) adde *l. ultim. C. quor. bon.* Simplicius itaque dicemus Imp. in d. Nov. 118. tantum sollicitum fuisse de successione primaria τῶν συγγενῶν ἔξ ἀρρένων τῆ καὶ ἀρρένων, agnatorum ex masculis & foeminis: (*ut vulg. rectius quam Haloand. de success. agn. & cognat. cum de successione liberorum & parentum etiam hic agatur*) Atqui conjugibus non defertur successio ob cognationem seu sanguinis propinquitatem: Sed ob arctissimam, quæ inter has personas est, corporis animique conjunctionem. *Gudelin. 2. de jur. noviss. cap. 16. G. Ranchinus de successibus ab intest. §. 21. ubi de succes-*

ſucceſſionibus quæ non ſunt jure ſanguinis, ſuſcipi tractat. ¶ Liccat & hanc diverſitatem localem nobis in alma hac Repub. degentibus annotare: *arg. l. 2. §. 43. de O. l.* quod olim hereditas neceſſario fuerit relinquenda cognatis, excluſa exheredationis poteſtate: Artic. 262. im *Stattsrecht* ita jus illud vetus enarrat: *Als in dem alten Buch geſtanden ſeind/ mennige articul (al. wenige/ illud autem præferrem, ut intelligamus varios fuiſſe) wie niemandt ſeinen nechſten Erben/ enterben ſoll: (quam conſuetudinẽ in quibusdam Galliz provinciis etiamnum vigere, ſupr. part. 2. theſ. 26. ſchol. oſtendimus) &c.* da ſe ein *Artickel* wieder den andern gewest iſt: da ſollen dieſelben *Artickel* alle todt vnd abe ſeyn: Dann man ſoll ſich vorbaß damit halten als hernach geſchrieben ſtehet. ſequitur art. 268. wie einer ſein *Gut* hinweg geben mag: Et in nigro ſubjicitur pia admonitio, quam etiam Theologorum placitis in d. ſcholio designatis, convenire apparet: zum erſten aber/ wer da will ſein *Gut*/ wie das genannt iſt/ hinweg geben/ es ſey ſeinen gebornen Freunden/ oder andern ſeinen freunden/ der mag das wol thun; In veteri additum erat: In maſſen er das hofft/ gegen Gott vnd im Rechten jugeniſſen. Sed de hiſ v. *Al. N. D. artic. 79.*

3. De ſucceſſione deſcendentium agitur in *cap. 1. loco* priore idẽ: quia Parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit; liberos, naturæ ſimul & parentum commune votum *l. 7. §. 1. und. liberi. l. ult. C. de inſt. & ſubſt. l. 7. de bon. damn. l. 50. de bon. libert. Ritterſ. p. 6. Nov. c. 9. n. 10.*

4. Deſcendentium appellatio hoc loco eadem eſt, quæ liberorum, ita ut pro termi-

nis habeantur convertibilibus. V. Forst. 4. de success. 2. nu. ult. adeoque ea non tantum filii & filia; verum etiam nepotes & pronepotes, caeteriq; qui ex his descendunt, continentur. l. liberorum. 220. de V. S. Schalz. p. 206.

5. Interest autem an descendentes isti, sive liberi, sint legitimi, vel illegitimi. Quod enim Sutholt. *dissert. ii. §. 44.* dicit descendentium nomine hic tantum intelligi natos ex iusto matrimonio: eoque allegat V. Forsterum 4. *de success. cap. i.* auctoritate eius abuti videtur, siquidem ille d. loc. descendentium nomine liberos: liberorum nomine legitimos & illegitimos venire docet *cap. 4. Sed ille forte ad Novell. xii §. cap. i. complexum respexit.*

6. Legitimi ita dicuntur vel in sensu exclusivo, & in oppositione cognationis juris naturalis, quo sensu legitimi sunt adoptivi: vel in sensu inclusivo & complexo, juris naturalis: quo sensu legitimi vocantur, qui ex iustis nuptiis procreati sunt. Naturales enim dicuntur quia ex nuptiis veris non fictis procreati sunt: legitimi vero cognominantur, quia nuptiae illae illos comprobantur. Hi iterum vel ab initio tales sunt, vel ex post facto legitimi sunt effecti, nempe per legitimacionem.

7. Qui ab initio iusti sunt liberi, iterum vel primi gradus sunt vel ulterioris: utrique
vel

vel soli sunt vel cum aliis concurrunt.

8. De priori casu, si nempe liberi ejusdem gradus soli succedere debeant, traditur regula & ejusdem declaratio. Regula est, quod liberi cujuscunque sexus, gradus aut juris (sive sui juris sint, sive sub potestate existant) omnibus ascendentibus & collateralibus præferantur, *d. Novell. 118. c. 1. pr.* & in capita succedant; So viel Haupter/so viel theile; vel; so viel Mund; so viel pfund.

9. Declaratur hæc regula, (per ampliationem) quod liberi in successione Patris præferantur ayo, licet ille filium defunctum in potestate habuerit: (& limitationem) Si nempe de castrensibus & adventitiis bonis patris quærat. *d. c. 1. v. licet.*

10. Si vero primi gradus liberi cum nepotibus sive ulterioribus descendentibus cõcurrant, tũ succedunt in stirpes (Theophil. eo termino, çeu græco utitur. Eclog. Basil. lib. 45. tit. 2. §. 25. *ἡ σείρα* vertunt: nach den Stämmen vnd nach der Bursel. Stirpes enim sunt radices & origines generis *Hortom. ad §. 6. 1. de hered. qua ab intest. v. l. 30. de V. S. l. 9. C. de quest.*) In stirpem autem succedere significat, eam portionem hereditatis accipere, quam parens eorum, si viveret, accepturus esset. *d. c. 1. v. sic tamen. v. C. A. de suis & legit. th. 22.* Ratio est in jure repræsentationis, quod in descendentibus locum

G 3 habet

102.
habet in infinitum. v. Mantzium dissert. 2. de
success. num. 71.

ixb. 205.

Olim in Rep. A. aliud servatum fuisse videtur
sed ad jus commune postea reditum est, ut osten-
dit articululus in lib. A. p. 113. sub tit. Dichter vnd
Enckel sollen zu erbe gehen Ahnen vnd Großvätter
Gut. Textus qui vel historiz causa notari me-
retur ita habet: unsere Herren N. vnd X. vnd
Amman haben erkandt: wie durch die Stände des
S. R. zu letzte auff den 10. Decemb. 1500. zu Augs-
spurg beschloffen worden/ daß die Töchter vnd En-
ckel hinfüro an ihrer Ahnen/ oder Großvätter/ vnd
Großmütter verlassenen Haab vnd Gütern mit ih-
ren Vatter vnd Mutter Geschwistigen/ an statt
ihrer Vatter vnd Mutter zuerben/ nach laut ge-
meiner geschriebenen Keyserlichen Rechten zuge-
lassen werden sollen: Mit außschliessung vnd ver-
nichtung aller gewonheit der Städte vnd Land des
S. R. so herwider sein möchten &c. daß dann sol-
ches dermassen allhie in der Statt Straßburg ge-
halten werden solle. Conf. Obr. 8. f. ubi idem per
totum Imperium, exceptum Saxon. servari ait.

11. Quod si liberi primi gradus non ex-
tent, sed tantum nepotes vel posteriores, tum
requirendum, an illi sint ex vna stirpe (v. c.
si extent tres nepotes ex uno filio) & tum
sit successio in capita, quia singuli ex perso-
na propria succedunt: an autem sint ex di-
versa stirpe, (v. c. ex uno filio præmortuo 2.
nepotes, ex altero 3.) tum enim succedunt
in stirpes. Iniquum enim foret aliquem
eorum plus ferre quam autorem suum. v.
Franzk, Exercit. S. 9. 7.

ixb. 205.

Et hæc est summa eorum, quæ de hoc ord. *in d.*
No 6. c. 1. proponuntur: porro de legitimatis idem
 ferè juris esse, patet ex *No 6. 74. C. 89.* Sed & legiti-
 mi tantum seu adoptivi itidem parentibus eodem
 ferè modo succedunt *l. 5. C. de sui C. legit. 4. Su-*
sholt. d. diff. 0. 55. Illegitimi sunt vel naturales
 tantum *Natürliche od er liebtinder/so von zweyen*
Gedigen personen aufferhalb der Ehe gezeuget wor-
den. Reform. Francof. part. 5. tit. 1. nu. 13. vel spu-
 rii, vel incestuosi. Naturales seu ex concubina
 nati, matri & omnibus per lineam maternam
 ascendentibus succedunt, perinde ut legitimi *l. 2.*
C. 8. unde cognat. Patri tum demum, si nec filios
 legitimos, nec legitimam coniugem relinquat;
 ferunt autem ex hereditate duas uncias, quas cum
 matre dividant. *No 6. 89.* aliàs nihil iis debetur
 nisi alimonia, conf. *Stattrecht artic. 282.* sub tit.
es soll niemand öffentlich zu der Ehe sitzen. in
der R. R. O. art. 85. von denen die zur Ehe sit-
 zen. & art. 283. im *Stattrecht* sub tit. wer ein Hur-
 ren zu seinem Eheweib in sein Haus setzet. Spuria
 v. patri, utpote qui ferè ignoratur, nullatenus
 succedunt. *l. 2. C. 4. unde cogn.* Matri v. eod. mo-
 do, ut naturales: v. *Schulzium pag. 237.* ubi exci-
 pit illustrem *l. 5. C. ad SC. Orfit.* Incestuosis sive ex
 incestu natis, iterumq; his qui ex damnato coitu;
 ut adulterii, nati sunt, nec alimenta quidem jure
 civili (*de jure Civ. aliud est. c. 5. de eo qui dux.*) de-
 bentur. *No 6. 89. c. ult.* De quibus omnibus novissi-
 mè & eleg. *Schulzium lib. 3. Synops. inst.* itemq; *Ca-*
sparus Manzius de success. ab intest. 9. 1. 6. Const.
Reip. Artic. desß R. Raths. 52. was den Kindern
 geböhret nach der Mutter tode. *art. 53.* was den
 Kindern zugehöret nach jres Vattern tode. *Statt-*
recht art. 236. Conferri de jure liberorum utiliter
 potest *Const. celebratiss.* wie es mit dem ungerb-

107.
gen aufzuehen hinfürter gehalten werden solle, art.
94. Consil. Argent. tom. 1. consil. 90.

12. Sequitur in cap. 2. Nov. 118. secundus ordo nempe ascendentium: Rationem, cur parentes demum post liberos admittantur, cum tamen pares esse possint gradu, repetere ex *l. 3. conf. & Manzum dissert. 3. num. 3. & seqq.*

13. Ascendentes vel comparantur inter se, vel quatenus cum collateralibus concurrunt. Priori casu ascendentes sunt vel in gradu primo vel ulteriori. Si adsint in gradu primo constituti, ut Pater & mater, tunc defuncto æqualiter succedunt. *d. 6. 2. pr. exclusis remotioribus.*

Exhibet.

Iure antiquo 12. tabb. mater plane excludetur à successione liberorum, *pr. l. de SC. Tertull.* Iure Prætorio in tertio ordine cognatorum vocabatur. *d. pr. & nisi quod.* Iustinianus utrumque parentem æqualiter admittendum censuit. *l. 4. l. d. s. l. 14. inf. princ. C. de legit. hered.* Itaque si pater & mater extant, excluduntur avus & avia etiam si illi in potestate horum sint, *arg. l. 3. C. de bon. qualib. Symbolt. dissert. 11. §. 61.* si mortua sit mater, Pater solus succedit excluso avo vel avia materna, & vice versa. *post Schneide & Son. Mynf. & al. Mantz. ins d. dissert. 3. n. 30.* Ratio est: quia in linea ascendentium nulla datur representatio, *ausb. defuncto. C. ad SC. Tertull.* Ratio diversitatis vid. apud Wel. *in n. de grad. n. 15. §. 100 ff.*

14. Quod

14. Quod si deficiant ascendentes primi gradus, & supersint posteriores, ex æquoq inter eos diuiditur hereditas: ita quidem ut dimidiam accipiant à patre ascendentes: alteram medietatem seu semissem à matre fursum numerandi, quoscunque eos inueniri contigerit. *d. cap. 2. v. si. a. h. e.* sive unus sive plures fuerint, sive par sit utrinque numerus sive dispar. *Manzius d. dissert. 3. num. 38.*

Ex deors,

Et ita divisio fit quasi in stirpes, non in capita: *Wesemb. d. loc. de grad. nu. 15.* quam formulam tamē reprehendit Gulielmus Ranchinus *tr. de success. §. 3. nu. 11.* & mavult appellari successionem in genera. Rationem diversitatis inter hanc & superiorem divisionem Manzius *cum Besold. d. loc. nu. 41.* in solo Iustiniani beneplacito collocat. Quod etiam velle videtur *Rachov. in not. ad Wesemb. de gradib. nu. 15.* Augetur dubitatio ex eo, quod Imp. fortè facilius in bonis differentiam constituisset, ita ut paternà bona ascendentibus paternis cederent, materna maternis. *Dn. Gothofredus in not. ad d. Gers. si autem, in verbo medietatem, fac. l. 3. C. de bon. qua lib. l. 13. C. de leg. hered.* Id quod rationi magis convenire putat *Gomez. in Comment. ad l. Tauri. §. 6. Treutl. 2. d. 16. §. 4. c. Harpr. ad pr. l. de her. qua ab. num. 377. Donel. 9. com. 3.* & alii rationem in representatione collocant: Sed Donellū ibi reprehendit *Hilliger lit. e.* quod in ascendentibus representatio locum non habeat *§. d. §. 13.* Cum enim juxta *pr. cap. 2.* proximiores gradu remotiores excludant, eo ipso representatio etiam excluditur,

166
Ranchinus d. 5. 3. nu. 9. An dicemus jus repræsentationis hic non admitti ad exclusionem personarum: supponi tamen pro causa procatartica, ad distributionem bonorum, *arg. Verborum. d. Verf. si a. sibi: omnes à Patre ascendentes.* Duo enim veluti in unam stirpem rediguntur, dum personam filii sui referunt. *Bocer. cl. 3. disp. 10. n. 23.*

15. Et hæc quidem obtinent, si secundus ordo solum in considerationem veniat: quod si v. defunctus fratres simul aut sorores reliquerit, ex utrisque parentibus conjunctos, s. ἀμφωδάλως: tum parentes primi vel ulterioris gradus cum illis succedunt in capita, pro numero personarum, *d. cap. 2. v. si v. r. o.*, idque pleno jure, ita ut Pater nequidem usumfructum ex portione fratrum, (liberorum suorum & coheredum) sibi queat vindicare. *Rat. v. apud Manzium differ. 4. n. 11. & seqq.* Aliud servatur in R. A. den v. c. die Wutter erbet ihr verstorbē Kind alleine/ ohne einzien vnterscheid der Güter/ vnd werden des Kindes Geschwister/ sie seyn voll oder halb bürdig außgeschlossen: *perinde ut jure Sax. Obr. consil. Ms. G. in f.*

ἐξθεσις.

Diximus de ascendentibus indistinctè: Perperam enim faciunt, qui fratres cum Patre & matre quidem admittunt, sed non cum ulterioribus ascendentibus. *G. Harpr. d. loc. n. 389.* Quid autem juris in fratribus ex uno tantum latere conjunctis? hos textus noster ipse videtur excludere: *Wesemb. d. loc. Verf. etenim. Schneid. ord. 2. nu. 30.* Admittunt tamen alii, *ap. Schurf. cont. 1. consil. 5.* quorum opinionem æquitati & juri veteri magis

convenire tradit Boer. *decif. 185. per l. ult. C. ad SC. Tertull.* Sed bene refutatur à Forstero *lib. 7. de Success. cap. 8. Fachin. & aliis citatis Sutholt. dif. 11. tb. 64. Donell. 9. Com. 3.* Porro de Successione Parentum legitimorum & illegitimorum in d. Nov. 118. nihil agitur: Ita tamen ferè servatur: ut quantum illos attinet, adoptivi extranei non succedant filio adoptato. *S. 2. & ibi Dd. I. de adopt. S. 2. l. de acquif. per arrog.* Non extranei, seu ii, in quorum potestatem liberi per adoptionem transierunt, succedant. *l. pen. C. de adopt. Arrogatores autem succedant filiis arrogatis pueribus, vnà cum sororibus & fratribus germanis in capita d. S. 2. l. de acq. per arrog.* Illegitimi denique parentes liberis eodem fere modo succedant, quo hi illis. *N. 89. c. 3. Sutholt. dif. 11. d. 68.* Quæ succedendi ratio etiam in legitimatis custoditur. *S. Schulz. lib. 3. Inst. Syn. p. 246.*

16. Sequitur in tertio capite d. N. 118. tertius ordo succedentium, qui dicuntur collaterales s. transversales: & sunt vel fratres vel sorores defuncti, vel vltiores. Fratres vel soli sunt, vel cum vltioribus concurrunt. Fratres & sorores soli sunt vel ἀμφιπλευρῆς, geschwiftrige von beyden banden oder seiten, vel ἑτεροπλευρῆς seu Vnilateres: Einseitige geschwifster.

17. Cum defunctus, nullis ascendentibus superstibus, reliquerit fratres & sorores vtrinque conjunctos, (vulgo Germanos vocant, *Vulrei. I. Iurispr. c. 74. n. 15. Sutholt. dif. 11. d. 69. & ceteri pleriq. Dissent. Cuiac. in Nov.*

in Nov. 84. pr. *Eqque adducitur à nonnullis §. 4. l. de leg. agn. suc. sed nihil vetat illum textum in sensu oppositivo exaudire vel docendi saltem causa terminos distinguere. §. 5. l. quib. mod. testam. inf. C. A. unde legitimi rh. 7.)* tum hi soli admittuntur, exclusis fratribus uterinis aut consanguineis: aliter atque olim *l. i. C. de leg. her.* Ratio est: quia cum illi duplici jure utantur, merito præferuntur his, qui tantum uno jure utuntur. *Nov. 84. c. i. in f. v. C. A. d. loc. 8. 13.*

indens,

In Repub. Arg. singularis est daß geschwistert/ die beyderseits Vatter vñ Mutter halben geschwistert/ andre ihre mitgeschwistrige (p. von einem hande) nicht ausschliessen; sondern werden in aller massen/ als ob sie alle von einem Vatter vñ Mutter geboren/ zugleich zu Erben zugelassen, *Al: R: D. art. 106 juxta d. l. i. C. de leg. hered. Quod tamē in peregrinis s. forensibus ita limitatum fuit Sambro. den 20. Martij Anno 1533. (al. 1563.)* daß von dato an kein frembder / so nur einthalben mit vnsern Burgern/ Hinderlassen vñ Vnderthanen geschwistert/ erben / noch zu erben zugelassen sein solle/ es seye dann / daß glaubwürdig schrey vñ vrtund vorhanden sein/ daß die vnsern in gleichen fällen bey ihren Herrn vñ Obern auch zugelassen ꝛc.

18. Unilateres (ut sic dicam) si soli sint, etiam defuncto indistinctè, sive per Patrem sive per matrem (dammodo per alterutrū) eidem conjuncti sint. *d. c. 3. v. hic a. ita succedunt, ut agnatis cognatisque cæteris præferan-*

ferantur: Rat. est: quia cum sint proximi in gradu, æquum est, ut proximi quoque sint in successione. *Manzius dissert. 6. q. 2. n. 1.*

19. Porro fratres in concursu considerati, concurrunt vel cum fratrum liberis, vel cum collateralibus aliis ulterioribus. Fratrum liberi concurrunt vel cum patribus germanis & ambilateralibus, vel cum unilateribus.

20. Cum illis admittuntur in stirpes jure representationis. Est autem jus representationis, jus singulare in favorem quorundam liberorum introductum, quo liberi parentem defunctum in successione eodem gradu, quæ ipse obtinebat, referunt & repræsentant; quod obtinet in lineæ rectæ descendentibus (*de ascendētibz d. s. d. 14. schol.*) in infinitū, in collateralibus in primo duntaxat succedentium gradu. *Vult. d. c. 74. lib. 1. n. 1. Die Kinder treten in (vel an) die statt ihrer verstorbenen Eltern. Manzius diff. 4. q. 3. n. 47. Dissert Jus Sax, ubi in lin. coll. jus repr. loc. non habet.*

21. Quod si fratrum, ut sic dicam, Ambilateralium liberi concurrant cum fratribus (defuncti) Unilateralibus, illi hos excludunt. Ratio est in dicto jure representationis: Quia enim nepotes isti ex fratre, vollbürtige
get

ger Brüder Kinder/ non tam ius quam pa-
 rentum jure censentur, ided merito etiam
 eos superant excluduntque, quos pater eo-
 rum si viveret, exclusisset, arg. l. 14. §. 3. de div.
 & temp. prascr. d. Novell. 118. c. 3. v. vnde con-
 sequens. Extrors.

Iterum hic singulare quiddam in R. A. consti-
 tutum est Anno 1527. nach Blasii. & 4. Febr. Anno
 1552. verba Const. ita habet: Unsere Herren Mei-
 ster vnd Rath / Schöffel vnd Amman haben er-
 kandt/ daß nun hinfürter von dato an/ geschwister
 Kind mit deß abgestorbenen geschwistern an statt
 ihrer Vatter vund Mutter zu erben gehen sollen/
 doch ohne vnterscheid/ ob die geschwister vnd de-
 ren Kinder dem abgestorbenen einer seit oder beyde
 seit verwandt gewesen weren / vermög deßhalb in
 habender freyheit. Idque porro declaratum 16.
 Decemb. Anno 1564. Da aber jemandes es were
 Mann oder Weib/ in dieser Statt ohntestirer mit
 todt abgehen/ vnd in auff oder absteigender Lint
 keine erben/ sondern Brüder vnd Schwestern/ die
 ihme zum theil einthail vnd zum theil beyderseits
 verwandt/ oder deren Kinder verlassen würde: so
 zu allen theilē außserhalb dieser Statt vnter fremb-
 der Obrikeit wohnhafft: So soll die Erbschafft ver-
 mög deß alten statuts vnd meiner Herren freyheit
 vertheilet werden.

22. Cæterum fratrum germanorum
 liberi, eo magis excludunt jure communi
 liberos fratrum ex uno latere conjunctorū.
 d. c. 3. v. ex diverso. ubi quod de concursu cum fra-
 tre ipso dicitur; etiam subintelligitur de concu-
 rsu filij; Manzius diss. 5. n. 40. per regulam: Si
 vinco vincentem te, multo magis vinco
 te. d.

te. d. l. de accessionibus. 14. §. 3. de divers. temp.
prescript. Aug. Barbosa axiom. 226.

EX DEORS.

Quid si autem fratrum liberi soli inveniantur
& ex diversis parentibus orti, inter se concurrant?
Hanc in foro & schola vexatissimam olim qua-
estionem Carolus V. in Comitibus Spirensibus An-
1529. sub tit. Keyserl. Const. vnd Satzung / wie
Brüder vnd Schwester Kinder ihres Vatter
Bruder oder Schwester verlassene Erbschafft vnt-
ter sich theilen / Ita definiuit, ut Azonis interp. &
sententiam confirmarit, qui eos hereditatem in
capita dividere iussit: Tametsi v. deinceps etiam
inveniuntur, qui Accursii, divisionem in stirpes ur-
gentis, sententiam propugnarent, post allegatos
Forstero lib 8. de success. c. 3. fin. Bachov. 2. d. 16. d. 5.
6. non admodum repugnantē Manzio diff 5. q. 2.
n. 77. & seqq. Receptam tamen constitutionē re-
ctius defenderunt Harprechtus ad d. p. sub tit. de
success. collat. nu. 424. latè Obr. cons. 41. Heredi-
tas enim inter eos qui pari gradu distant pariter
æqualiterque partienda, nec representatio ultra
terminos expressos inducendā est. l. 2. §. 2. de suis
& legit. Dn. D. Locam. q. 270. C. 271. C. A. de suis
& legit. rh. 22. nu. 8. Wesf. de gradib. m. 16. Cujac. in
recit. C. ad tit. de legit. hered. ubi idem ap. Veteres
obtinuisse, ex Caij In f. C. Pauli sent. probat. Ea-
que Const. nominatim etiam in Republ. nostra rece-
pta est sub tit. Wie Brüder vnd Schwester Kin-
der mit ihrer abgestorbenen Vatter vntnd Mutter
Brüder oder Schwester erben sollen. ubi post re-
latum tenorē d. Const. Imp. subijcitur: Weil wir
dann befinden / daß solche constitution aller erbare
vnd billigkeit gemess / auch nicht mit er gemeine ge-
schriebene Rechte: so ordenen statuiren vnd gebie-
ten wir hiemit unsern Burgern / daß forthin in solchē
Erbe

Erbsällen es solle gehalten werden / vermdg ängls
deutete R. A. 1529. zu Speyr gehalten / lib. A. p. 114.

23. Cum a. jus repräsentationis singulare sit, & exorbitans, cujus vigore fratrum liberi omnes agnatos & cognatos in eodem secum gradu existentes excludunt *b. 6. 3. v. quandoquidem. v. Manzium d. diff. 5. n. 43.* Ideo illud Imp. merito restrinxit. *in v. hujusmodi vero privilegium*, ut ultra germanorum filios (nempe in hac linea collateralis: de recta *v. C. A. de suis & legit. 8. 22.*) nepotibus nequaquam concedatur. *quod imprimis memoria tenendum esse monet Dn. D. Locam. d. q. 270.*

24. Restringeretur etiam amplius istud jus repräsentationis olim *per h. cap. in 9. sed est*: ut liberis ex fratrum demum competeret, si illi cum patris (quos Novella thios vocat q. *θεῖος*, seu divinos. *v. Rittersb. part. 7. Novell. cap. 13. nu. 12. & not. ad 5. 3. I. de grad. cogn.*) concurrerent: Non autem hoc jure promoverentur, si præter patros ascendentes etiam adessent: verum hanc restrictionem quinquennis post Imp. ipse sustulit, *Novell. 227. pref. & cap. 1.* unde in Græca huius Novellæ 118. versione cap. 2. *v. si vero cum ascendentibus*: pro voce *sordrum*; leguntur hodie *fratrum liberi*; verba ita habent: *εἰ δὲ μὲν τῶν ἀνιόντων ἐγγύων οἱ ἀδελφοὶ ἢ ἀδελφῶναιδες.* &c. Et versiculus sed & reis, usque ad vers. *quandoquidem*, in græcæ exemplari abest: memorabili argumento versionem græcam posteriorem & interpolatam esse.



ELEMENTORVM IVRISPRVDEN-
tia dichotomica part. 3. sect. 3.

DE OBLIGATIONI-
bus in genere,

Resp. VLRICO FRIDERICO
Becht.

Thesis 1.

Delineata est superioribus duabus di-
sputationibus juris in re potissima
species, nempe dominium, ejusque adqut-
tendi modi tam singulares quam univ-
ersales juxta methodum Imper. dichotomicè
sunt recensiti: Nostræ alex cessit partitio
juris ad rem, quam ut feliciter per prima
lineamenta designare queamus, Deus Opt.
Max. velit, faxitque.

addens.

Vulgata est adversus hunc ordinem Loriotti,
Vult. Althusii & Anton. Matthæi (cui hinc natus
*Institutionum tertius emergit. disput. 1. fundam.
26. 88.*) disputatio, quam D. Vngepauer exercit.
*10. quest. 1. contra Varias remonstraciones defen-
dere ausus est: contendentium, obligationes
non ad jus rerum: sed ad jus personarum referen-
das esse, quia non res, sed personæ obligentur.
Verum ut rationibus eorum jam dudum ab aliis
satisfactum est & Rsmorum Arum. Bachov. in suis*

H *dispp.*

diffp. & comm. ad hunc loc. Ita ex generali nostra partitione commodè ipsis etiam potest occurrere & dici: Obligaciones, ut cætera jurarum in personis esse subjectivè; in rebus objectivè. afficiunt enim personas, nō quatenus personæ sunt, sed quatenus hic est debitor, ille creditor; qui considerandi modus non ad conditionem personæ; sed ad respectum rei, quæ deberur, pertinet. *B. Surholt. dissert. 12. §. 3.* Hinc jus obligationum, jus ad rem dicitur, quia finis eius ultimus est, nō ut personam nobis obligatam habeamus, sed ut aliquam rem consequamur, Bacho. diffp. 1. de action. §. 15. ¶ Aliam hæresin contra omnes omnium Dd. opiniones, ut verba eius habent, ex ista Vultei & sequacium discessione commentus est Iustus Ritterus lib. 3. Instit. feudal. cap. 1. pag. 60. qui ad utrumque caput obligationes simul referri posse statuit: Ad personas quidem, quia obligatio sit mater actionis personalis: ad res, quia propter rem persona obligetur. Sed hæc ex superioribus facilè confutantur. Nec qualiscunque respectus externus, qualitatem rei internam tribuit, ut hinc appellari mereatur.

2. Ius ad rem non aliter definiri possit *Ludov. Molina tom. 1. iust. & jur. tr. 2. diffp. 2. n. 2.* quam jus circa rem aliquam, ad quod res ipsa nondum est devincta.

videtur.

Atqui nulla definitio ab effectu solo petita, valdè bona est. *Bart. & Dd. in l. 1. de Appellat. not. Osterm. in pr. 1. de oblig. licet enim fatendum sit, tales etiam à nostris dari §. 1. Instit. de Action. l. 68. pr. de contr. Empt. l. 7. C. de feris. & alibi: & ita fere obligationem à Icto ipso describi in l. 3. de O. & A. Philosophus tamè accuratius debebat, nec per negationem definire: *Arist. 3. Metaph. 2.**

Nega-

Negativa enim non facit officium definitionis, id est, rem non explicat. *Sagitt. cent. 6. axiom logic. decur. 3. axiom. ultim. & decur. 4. th. 4. Bachov. ad pr. Instit. de donation. Itaque Sutholtius diss. Inst. 12. §. 2. Molinæ hic autoritatem sequi noluit, sed ius ad rem ita ferè definiuit: Ius ad rem vocamus, quod quidem circa rem etiam est, verum ita, ut ipsa res nondum sit de iuncta aut obnoxia, sed persona tantum obligetur ad aliquid præstandum.*

3. Nosita definiamus: Est ius circa rem, quo alius nobis adstringitur ad aliquid dandum, faciendum, vel præstandum. l. 3. de O. & A. *ex dicit.*

Verba d. l. 3. antecedentià, *obligationum substantia non in eo consistit ut aliquod corpus (rem corporalem) aut servitutem (sive aliquod aliud ius incorporale) nostrum faciat; necessario definitionem non ingrediuntur: sed ad remotionem oppositæ speciei, iuris in re, pertinent. Sutholt autem malè omittit illa verba, ad dandum vel faciendum: in his enim vis obligationis vel maxime latet. Giphani. ad d. l. 3. num. 12. Licet enim Cujac. in d. l. 4. rō præstare, verbum generale esse dicat, quod & dare in se contineat & facere: Antecedentià tamen rem magis declarant, cum frequentius coniungantur, in actionibus, novationibus, acceptilationibus. Giphani. d. lo.*

4. Hinc ipsum ius ad rem appellatum est, uno vocabulo obligationis: Cujus & nomen & natura penitus indaganda est.

5. Et verbum quidem obligare, à ligando atque vinciendo deducitur, C. A. de O. & A. §. 2. præpositione augmentativa OB

significatum vocis augente, ut valdè & firmiter ligare notet. *P. Grassecius ad tit. ff. de obligat. pag. 1.* Id verò propriè ad res corporales pertinet, atque idem significat quod constringere: veluti cum venas obligare *ap. Tacit. 6. Ann. 9. n. 3.* aut vulnus, *apud Curt. lib. 8. cap. 10. num. 28:* legimus. A rebus ad personas translata est appellatio, & obligatus dici cœpit, qui officiis & beneficiis devinctus & constrictus esset, *Tacit. Orat. 9. n. 2.* quod quia iudice per cōtractus & delicta fiebat, tanquã per vincula, idè & hæc communi vocabulo obligationũ appellavêre. *d. l. 3. de O. & A. l. 99. de V. O. l. un. C. de suffrag. l. ult. C. quod cum eo. l. i. C. de fidei.* Hinc *Horat. 2. sermon. satyr. 3.* *1* Ctos nodosos vocat, & *catenas addere ait: quia obligationibus contrahendis solebant adhiberi.*

6. Natura Obligationis latissimè se diffundit: non enim in jure solum privato, sed etiam in jure publ. variæ obligationes occurrunt: cuiusmodi sunt illæ, quæ constituunt inter Magistratus & subditos *Dn. D. Agricola disput. Altorf. de Obligat. th. 1. & 2.* & cum in genere subditi ad observationem legum, ceu sponsione quadam interposita, obstringuntur *l. i. de LL. l. 52. §. 8. de O. & A.*

7. Nobis de privatis hoc loco inspectio est, quæ ab Imp. in Instit. solita methodo explicantur, h. e. initio generaliter, in definitione

nitione & divisionibus. *tit. 14, de oblig. de in-* *Tit. 14. De*
de specialiter, in speciebus singulis, & potif- *Obligat.*
 fimis, ex causa sua proxima consideratis.

8. In definitione obligatio dicitur (1.) *vinculum*, quo scil. debitor creditorque invicem colligantur & constringuntur: (2.) *juris vinculum*, ut excludantur vincula ut sic dicam facti, *de quibus hic gl. verba ligant homines, taurorum cornua, funes.* (3.) *vinculum quo necessitate adstringimur*: ut innuatur forma obligationis; nam posita necessitate solvendi, ponitur obligatio; ea deficiente deficit.

9. Necessitas illa abest vel ex facto hominis, vel potestate juris. *Ex facto*, inquam, *hominum contrahentium*, si obligatio in arbitrium promitterentis fuerit collata, *l. 8. de O. & A. l. 7. pr. de contr. emt. l. 17. & 46. §. f. de V. O.*

10. *Potestate juris Civilis* deest obligationi necessitas, quando alterutrum fundamentorum iuris deficit, nempe aut juris naturalis fundamentum, æquitas & honestas; vel Iuris Civilis fundamentum, nempe utilitas civitatis. *Conf. l. 1. §. 1. si is qui test. lib. l. 95. §. 4. de solut.*

11. Hinc obligatio docendi causa communiter distinguitur in mixtam & simplicem: Hæc iterum in naturalem vel civilem, *l. 14. de O. & A.* Obligamur enim vel ex sola honestate & æquitate, qua jus naturale nititur, hinc obligatio Naturalis, vel sine aliqua

100
evidente honestatis & æquitatis ratione, ex
mera dispositione & subtilitate Iuris Civ.
hinc O. merè Civilis: v. l. i. §. 2. de V. O.

ἐνδεοῖς. •

Dissentit à communi hac doctrina Giphanius in comment. ad l. 4. de O. & A. num. 28. (1.) Quia nulla detur obligatio merè Civilis, quæ scil. fundamento aliquo naturali, sive vero sive præsumpto non nitatur. Resp. Atqui eo ipso ostenditur, veram æquitatē, seu rationem naturalem nō subesse, quod fide tantum subesse præsumitur. Fictio enim veritatē excludit: siquidem nihil aliud est, quam L. adversus veritatē dispositio. *Wes. w. ff. de probat. & præsumt. v. ult.* Quid quod mere Civilis obligatio tantum non exerte exprimitur in l. 3. §. 1. de constit. pec. §. præterea *Instit. de Except. Confer. Forster. de pact. cap. 2. nu. 4. Obi.* (2.) Quia in iure nullibi nominetur obligatio mixta. Resp. si maxime fateamur hanc distinctionem *κατὰ γένος* in Iure non contineri, (quod multis divisionibus accidit) interim res ipsa subest, & cum mixtæ actiones dicantur in Iure, ubi duplex causa concurret; Quidni etiam mixtas obligationes ita nuncupare queamus? (3.) obiicit *idem Giphanius in comment. Instit. de obligat. pag. 278.* in iure tantum bimembrem reperiri obligationum divisionem, l. 1. de Noctat. l. 1. de Fidei. E. Male trimembrem constitui. Resp. Neutro loco de divisione obligationum expresso agitur, sed incidenter præcipuarum specierum tantum mentio fit in l. 1. de Noctat. Nec sequitur §. 1. l. de act. duarum saltem specierum actionis in rem & in personam mentio fit; E. Nullæ sunt actiones mixtæ §. 19. *Instit. d. t.* eodē modo in materia obligationum consequentia laborat & deficit. *Recht Bachov. in comment. ff. de pact. num. 3.*

num. 3. pag. 557. *In hac terminis ista docendi causa
est, licet forte illis omnibus non utantur Icti: satis
est rem ipsam in ll. reperiri.*

12. Obligatio naturalis consideratur
vel absolutè & in sese: vel relatè & cum re-
spectu ad Iusg. vel Cle. *Franzk. in Com. Ms. ad
princ. l. de oblig.* Absolutè spectatur in sua
causa & inde pendente natura ac qualitate.
Causa hujus obligationis est, uti d. funda-
mentum illud juris naturalis, id est natura-
lis ratio. *l. 1. §. 9. de O. & A. & vinculum pu-
doris, honestatis & æquitatis. l. 95. §. natura-
lis & §. aditio. de solut.*

13. Circa hanc causam notandum est,
non intelligere nos hic jus naturale, quod
vulgò vocatur primarium: (Nam ut Cu-
jacijs *in recit. ad l. 1. §. 2. de l. & l. pag. 18.* rectè
monet, summoperè notandum est, nullam
obligationem, cujus mentio in jure fit, ap-
pellari ex jure naturali omnibus animanti-
bus communi: Nec enim ratio in bruta ca-
dit) sed jus naturale secundarium, quod-
que in Ius gentium incidit, *conf. Bernb. Suth.
cum alleg. dissert. 12. §. 8.*

14. Vt autem jus istud naturale secun-
darium seu gentium generaliter sumtum
iterum duplex est, primævum, quod ante
distinctionem dominiorum solo rectæ ra-
tionis ductu viguit: Aliud ortum & se-
cundarium, post distinctionem dominio-

rum per-ratiocinationē & discursum men-
 tis practicum introductum est. *l. si quod. 64. de
 de condict. indeb. eleg. Hortens. ad pr. Instit. de
 obligat. frustra dissent. Matthæo fundam. jur.
 disput. 13.9.2. & seqq. siquidem magni illi & sub-
 tiles juris Interpp. vix quicquam sine causa con-
 finxere. v. Lopez. 9. anim. n. 1.* Ita & naturalis
 obligatio, à Dd. distinguitur in naturalē in
 specie dictam & in O. Iurifgentium. *Atque
 ita nonnulli explicant l. 84. §. 1. de reg. Iur.*

exhibet.

Nec momentosa rationes sunt, quibus hanc
 sententiam oppugnat Graeccius *in d. eorum. p. 3.*
 quod prius membrum ICle nō agnoscat quodq;
 (2.) ante distincta dominia & commercia incho-
 ata obligationibus locus non fuerit, utpote
 quæ ex contractibus causam & esse suum habeant;
 (3.) quod aliàs obligatio quædā ad animalia etiā
 referenda esset. Resp. confunditur enim (1) con-
 sideratio absoluta, cum relata. in (2.) est fallacia
 causæ, cum non sola conventio, sed honesta-
 tis & æquitatis ratio obligationis naturalis causā
 sit, ut mox dicitur. (3) Obiectio laborat æqui-
 vocatione iuris naturalis, quam nunc remotum
 ius.

14. Naturalis obligatio in specie dicta
 à Sutholto, minus plena: altera vero plenior
 nuncupatur. *d. dissert. q. 14.* Illa describi po-
 test, vinculū solius iuris naturalis, quo quis
 adstringitur ad præstandum id, quod pudor
 honestas & æquitas exigit.

exhibet.

Hæc citra promissionē & conventionem (sal-
 tem;

rem expressam, *Bachov. 1. disp. de action. th. 18.* q
 existit, ex naturæ quadam, ut loquuntur, affe-
 ctione, sive honestate, pudore & æquitate sola;
 Qualis est obligatio ad *avlidweg l. sed et si. 25. §. 11.*
de petst. hered. l. 54. §. 1. de furt. quæ licet promiss.
 sa non sint, tamen præstari æquum est, & *simil ex-*
empt. in l. 5. C. de his quib. ut indign. junct. l. 5. C. de
religios. In quo tit. digest. §. C. A. th. 22. ejusque in-
dolia ferte primis temporibus etiam fuerunt fidei-
commissa. princ. l. de fideicommiss. adde l. 7. de
sero. Export. Sutholt. 8. 19. Eam vero cum *Id. vix*
 nomen obligationis mereri aiunt, *ad l. 5. de l. §.*
l. Donel. 12. comm. 2. conf. Christ. Mathas. lib. 1.
system. Logic. c. 4. pag. 105. in consideratione rela-
 ta & comparata, non absoluta isthac, versari &
 subsistere deprehenduntur.

16. Obligatio naturalis plenior, seu
 Jurisgentium, est vinculum æquitatis, quo
 quis adstringitur ad præstandum id, quod
 honeste promissum est. Ius enim istud con-
 ventiones servare præcipit. *l. 1. de pact. & fi-*
dem fallere grave esse, monet, l. 1. de constit.
pecun. l. 20. C. de transact.

ex Deo.

Diffensiones aliorum hic breviter expendenda
 sunt; veluti quod (1.) Cuiacius *tr. 9. ad Afri-*
cam. in l. 38. de condict. indeb. obligationem natu-
 ralem, definit, solius æquitatis vinculum, quod
 solvendi necessitate non adstringit. Nimirum
 hoc de necessitate comparata accipiendum est;
 Licet n. I. Cli hæc obligatio nõ adstringat vel effi-
 cax sit ad agendum, tamen Iuregentium adstring-
 endi vim habet; *uti mox dicemus.* Idque innuit
 Donel. *12. comm. 2. § ad l. 1. Cod. de condict. indeb.*
 quando debitum naturale definit, quo ex sola

H § natu

naturali æquitate quis alteri obstringitur, cum id iure civili sit inefficax. (2.) Neque illud præter-
eundū est, quod Sutholt. *d. diss. 12. §. 7.* obligatio-
nem naturalem è Vacuna definit: *Vinculū aequi-
tatis, quò Voluntas Volens astringitur trahiturq;
ad faciendum, seu solvendum id, quod promissum
est*: Atqui vel obligationem naturalem *in ge-
nere* definire voluit, Et tum prætermittere haut
quaquam debebat, id quod præstari æquum est:
(Nam ut ipse Sutholt. *d. loc. ib. §. 9.* fatetur, Natura-
lis ratio & æquitas non solum hoc vult, ut quòd
promissum est, præstetur: sed quicquid alterum
alteri præstare æquum est, licet promissum non
sit. *d. l. 7. de ser. & export.* Itaque vir longe doctiss.
& subtiliss. Dn D. Georg. Franzkius iam olim *in
comm. I. Ms. quem ab amico commodatò accepi-
mus*, definitioni Sutholtianæ adiecit hæc verba,
præstari æquum est.) Vel intelligit istam speciem
posteriorē & à nobis definitam: & tum non con-
veniunt illi verba, voluntas volens: siquidem &
nolens hic quadantenus adstringi potest, ut præ-
stet id quod promissum est. *Id. Exerc. 15. §. 19.*

17. Atque hæc de obligatione natura-
li in se spectata isto loc, sufficient: Nunc
comparanda ea est cum ad Iusgétium, tum
ad ICle. Ad Ius gentium comparata prior
species, nec illo quidem iure ad agendum
videtur efficax fuisse; quia nec consensum,
nec rem certam continet: posterior autem
eo iure actionem haut dubiè peperit, quia
& consensus, & is in rem certam directus
subest. v. Sutholt. *§. 12. qui huc trahit l. 84. §. 1.
de R. I. l. 5. §. 2. de solut. Bachov. I. diss. de Action-
th. 18. lit. b. in fin.*

18. Com-

18. Comparatione ad ICle facta, inveniēmus, ICle illam speciem plane suā primævæ naturæ relinquere, *forse idēd, quod juxta illud Seneca. 3. de benef. c. 6. & 7. optima pars beneficij pereat, si actio ingrati, sicut certa pecunia, aut ex conducto locatove detur. Dn. D Franckius. Ex. 9. q. 1. n. 15.* Hanc autem speciem posteriorem, modo recipere & approbare, modo reprobare.

19. Recipit nempe & approbat ICle aliquas hujus obligationis naturalis species ob evidentem æquitatem, quæ bono civitatis quadantenus convenit: Itaque licet ei vim actionum non tribuat, alios tamen effectus remissiores permittit, quippe qui ex Iureg. & ipsi promanant.

videtur.

Effectus illi sunt vel principales vel accessorii. Principales sunt duo: (1.) Retentio: Si enim alicui id, quod naturaliter tantum debebatur, solum fuit, competit retentio *l. 16. §. 4. de fideic. nec ei solum, tanquam indebitum, potest condici. l. 13. & 26. de condict. indeb. l. 7. §. 4. de pact.* (2.) Compensatio: potest enim id, quod natura tantum debetur, cum eo, quod efficaciter debetur, compensari. *l. 6. de compensat. quoniam defensiones istæ iure itidem nituntur naturali: Dd. in l. 3. de l. & l. 4. ad L. Aquil. C. A. de Except. th. 5. Wesemb. parat. ib. n. 8.* Effectus accessorii & consequentes sunt quatuor præcipue: Admittit enim obligatio ista (1.) Novationem. *l. 1. §. 1. de Novat.* (2.) constitutum. *l. 1. §. 7. de constit. pecun.* (3.) fideiussionem. *l. 6. §. 2. l. 16. §. 3. de fide iussor.* (4.) pi-

124.
(4.) pignus. l. 5. §. 14. de pignor. An & officium
iudicis? & notab. l. si quis sepulchrum. 12. de re-
lig. & sumit. fun.

20. Eiusmodi obligatio nascitur, v. c.
ex simplici pacto & pollicitatione, (de qui-
bus paulo post) Item ex contractu servorum
l. 14. de. O. & A. l. 13. de constit. pec. vel eo, qui in-
ter patrem & filiumf. (excepto peculio ca-
strensi) ac inter fratres in sacris paternis
constitutos celebratus fuit. l. 38. pr. & §. 2. de
conduct. indeb.

21. Reprobat autem Ius Civile obliga-
tionem hanc naturalem quibusdam casi-
bus, quas utilitati civitatis adversari præsu-
mit; veluti accidit in obligatione pupillo-
rum, minorum & similibus personarum.
Sic quando mulier contra SC. Vellej. pro
alio intercedit naturaliter quidem obliga-
tur, sed quia totam obligationem SC. re-
probat, ideo nullus inde effectus nascitur,
text. notab. in l. 16. fin. ad SC. Vellej. l. 9. C. eod.
conf. Bachov. disp. 4. de acti. tb. 16. & in comm.
ff. de pact. p. 561, ibi: *quedam naturalis obliga-
tio est, quam ius civile relinquit in suo statu,
quedam verò, quam L. reformat aut informat.*

exhibens.

Totam hanc disputationem non absimili ra-
tione complexus est epitomator Donelli noviss.
Arnold. Vinnius lib. 2. Iurispr. contr. cap. 2. ubi
docet: Obligationem naturalem nasci vel ex
conventionem vel citra conventionem. Hanc ite-
rum oriri aut ex facto absolute, quo neutiquam
agatur

agatur ut certi quid præstetur, v. g. in collato & accepto beneficio; dono, libertate; (unde obligatio ad *Arkedoga*;) aut nullo facto præcedente, ex sola causa pietatis, quo refert obligationem ad alimenta & dotem. Tum eam, quæ ex conventionione progerminat iterum simplicem & nudam remanere, vel propter defectum causæ, (quæ nulla subsit, præter nudam conventionem) vel propter defectum qualitatis & capacitatis personæ, quia nempe talis contraxerit, qui se civiliter ex conventionione obligate non potuerit.

22. Nunc de obligatione merè civili aliquid subiiciemus: Hæc in oppositione ad obligationem naturalem tantum, describi potest, quod sit vinculum Iuris Civilis, quo quo quis absque ratione juris naturalis, ex sola legis civilis auctoritate ad præstandum id, quod lex exigit, adstringitur. *conf. §. prætere a. 3. l. de Except. l. generaliter. de constituta pecun. l. 2. §. 5. eod.*

exbens.

Quamvis terminus iste, civilis, variè iterum accipiatur, cum resp. scil. ad inventionem, informationem vel ad probationem, *vid. Bachov. in comment. de pact. tit. i. num. 3. pag. 557.* hic tamen sumitur exclusivè, ut intelligamus causam huius obligationis esse merum jus civile, cum scil. obligationem inducit, ea sola causa, quod ad in publicum utile & civibus salutare fore putaverit: quam potestatem inducendi habet Ius civile, modò ne nimium à jure naturali deflectat *Bachov. d. loc.* Unde idem Bachov. satis habet speciem istam negativè definiisse: *disput. 1. de action. th. 19. ibi: Civilis nuda obligatio est, qua destituit*

definitur vinculo aequitatis: Aliter Vultej. 1. Jurispr. 26. num. 12. Planè cum Sutholt. dissert. 12. rh. 21. hac descriptione utitur, vinculum IClis, quo quis astringitur ita, ut comperat in eum quidem actio sed inefficax, alteram tantum speciem harum obligationum, & quidem satis ambigue determinare videtur.

23. Abest a juris naturalis ratio, sive æquitas illa vel ab initio vel ex post facto. Ab initio æquitas, abest illis conventionibus quæ metu, dolo, aut errore contrahuntur, *vid. §. 1. I. de Exception.* Ex post facto autem abscedit illis obligationibus, super quibus vel pactum de non petendo fuit interpositum, vel altero deferente reus, se non debere, juraverit: Nam propter conventionem talem, vinculum æquitatis tollitur, manente nuda civili obligatione. §. 3. *I. de Except. l. Stichus. 95. §. naturalis. 4. de solution. Bachov. d. pag. 557. in fin.*

in Deois.

Tametsi vero obligationem civilem, ita consideratam, pro nulla quis habere potius queat, cum finem suum non consequatur, actione quæ ex illa concipitur, confestim elidenda: Attamen si formam obligationis absolute & nativitatem actionis exinde descendens respiciamus, nomē obligationis tantisper ipsi denegandum non videtur *per text. add. cum exceptio facti sit & ex eventu oppositionis pendeat.* § Sunt qui obligationem ex re judicata, jurejur. confessione &c. huc trahunt: *Vid. Sutholt. d. dissert. 12. rh. 24. Grassecium pag. 17. & Dd. alii quos sequuturi, poteramus dicere: Rationem æquitatis abistere obli-*
 liga-

ligationibus vel manifeste vel occulte: verum quia rectius fortè ad genus mistarum obligationum *arg. t. t. l. de Lster. Oblig.* conventiones illæ referuntur; ideo merito suo deinceps loco à nobis reservantur.

24. Mixta tandem & proprie dicta obligatio ea est, ubi utrumque vinculum æquitatis & utilitatis, sive naturale & civile concurrat, & quo civis civi ex facto suo ita adstringitur, ut actio efficax in eum detur.

ἐκθεσις.

Hæc obligatio aliquando κατ' ἐξοχήν Civilis *l. 7. §. 2. de pact. & Vult. 1. Iurispr. 26. num. 23.* aliquando naturalis, propter æquitatē, quam continet, evidentem, dicitur: *Ita enim accipiunt plerique l. 16. §. 4. de fidejussor. l. 10. de O. & A. l. 126. §. 2. Vers. superest. de V. O. Vid. Cujac. ad d. l. 10. de O. & A. P. Gregor. 21. syntagm. 3. num. 7. aliter Forster. c. 8. de pact. n. 5. & in Institutionibus proprie definitur, & Schneid. ad pr. l. de Oblig.*

25. Potest ea itidem subdistingui, quod ratione naturalis æquitatis, fulcita sit, vel realiter, apparenter & evidenter, vel præsumtivè tantum.

ἐκθεσις.

Distinctionis huius fundamenta ut notabilia inculcat *Bachov. comment. de pact. p. 558.* cum species in *scholio rh. 23. fin.* enumeratz vix ad obligationem simplicem queant referri. Licet enim in re judicata post elapsam decendium hoc tantum queratur an judicatum sit; in jureiurando, an jusiurandum legitime præstitum, in confessione, an illa rite deposita *l. 15. §. 2. de jurejur. l. 3. de confess.* Ratio tamen æquitas vel præsumptive hic militat,

militat, cum v. g. & pro iudice & iurante: è diverso contra iurantem iuris præsumtio pugnet. His annumeranda videtur etiã literarum obligatio, decursu biennii firmata: Vbi accidere sanè potest, ut quis solvere teneatur quod spe futuræ numerationis se debere professus est, licet reverà non acceperit, adeoque æquitatis ratio deficere queat: Verum quia Imp. contractibus veris eam annumeravit, meritò illi eam loco relinquimus.

26. Porro illud genus obligationum, quod utraque ratione apparenter & evidenter nititur, iterum ex causâ sua uberius cognoscendum est.

27. Causa eâ est factum ad obligationem producendam aptum & comparatum: neq; enim quisquam sine facto suo obligatur. *arg. l. factum. 155. de Reg. iur.*

ex bois.

Quod autem Vultei. t. *Jurisspr.* 26. nu. 6. Ius, obligationis causam proximã, factum hominis remotam: hanc sine qua non, illam principalem, constituit: Cum mica salis accipiendum est: Quia diverso resp. factũ etiã proximã causâ dici potest: Cum ius in hypothesi ex facto demumoriatur. *l. 2. §. ult. de donat. Barbof. axiom. factum. nu. 1. factumq; non bene cognito de iure non sit cogitandum. l. quando §. Co. qui admittit ad bon. poss.*

28. Et facti quidem vocabulum in iure latissimam significationem habet, ita ut non factum etiam sub se contineat, & voluntatem in mente retentã, tum testatoris *l. 102. de condit. & demonstr. l. quisqu. 116. de V. S. tum contrahentis. l. veteribus. 39. de pact. qui n*
 & factum

& factum promissum quod fieri oportebat.
l. qui non facit. 121. de Reg. jur.

29. Nobis tamen, pro usu presentis tractationis, distinguetur in licitum & illicitum, sive in civile & incivile. *d. in disput. ult. quæ divisio fundamentum habet in ipsa Iurisprudentiæ definitione, in verbis justu & injusti scientia. l. 10. in fin. de I. & l. 1. & 21 de LL.*

30. Factum licitum rursus in tribus sese potissimum exerit, in eo quod actum, vel quod contractum vel quod gestum est. *l. 19. de V. S. quæ tria verba, ut ut non raro promiscuè sumatur, pro omni eo quod inter duos pluresve actum, contractum aut gestum est l. 2. §. quæque i. de Curat. bon. dand. l. non tantum. §. Rat. rem habet. Tamen in d. l. 19. designant genera quædã subalternã factorum licitorum, ita ut quicquid licitè fit inter ci-ves commercii causa, ad unum horum facile referri possit ac debeat. W. Schmuccius in comment. ad l. licet. § 8. de V. S.*

ex hęcis.

Voce gesti plerique intelligunt quasi contractum, *Schmuccius d. lo. voce actus donatione, cessionem & similes: voce contractus oppositivè & strictius sumta. contractus tam nominatos quam innominatos, ut mox dicitur. Est qui scribat omnes actus, aliis utiles, extra mercedem beneficos, contractuum nomine appellari. lib. 2. de jure belli & pacis. cap. 12. nu. 7, quod nos imitari non aude-*
I
mus)

170.
mus, propter species repugnantes, quæ in sequenti scholio indicantur.

31. Itaq; more recepto factum licitum distinguemus in actum absolutum & conventionalem. De actibus hic dicendi locus non est.

Actus.

Ne scil. nimium à linea aberremus, cum obligationis materia nobis proposita sit: Alias facile nobis fuisset illos distinguere in seculares & Ecclesiasticos. Illos in civiles & feudales. Civiles in judiciales & extrajudiciales. Iudiciales in ICtionis voluntariæ vel contentiosæ. Voluntariæ ICtionis sunt vel legitimi vel simplices. *l. 77. C. ubi Cujac. C. Dd. de R. I.* Contentiosæ Iurisdictionis, distingui possunt in actus primæ & secundæ instantiæ. Primæ instantiæ actus iterum in eos qui litis contestationem vel antecedunt vel concomitantur vel consequuntur. qua de re in tr. de officio judicis d. Extrajudiciales actus sunt vel inter vivos vel mortis causa. Vtrique tendunt vel ad juris in re constitutionem, vel acquisitionem. *Aliter Grot. lib. 2. de jur. belli. c. 12.* Sed hæc tractatio non injucunda certè nec inutilis; cum hætenus digesta non occurrat, curam impensiosem desiderat.

32. Per factum conventionale intelligimus conventionem ipsam, (quæ generale nomen est & latissimum *l. 1. § 3. de pact. Lopez cap. 9. animadv. Jurisciv. n. 8.*) id est duorum vel plurium in rem aliquam consensum. *Vult. 1. Jurispr. c. 27.*

33. Consensus iste vel solus est, vel cum
causa

causa conjunctus: Solus est in pollicitatione & pacto.

34. Pollicitatio est spontaneum offerentis promissum, quod vel DEO fit vel homini. *v. Wesemb. in parat. de pollicit. aliter Vult. 1. Jurispr. c. 28.*

35. Pactum est conventio plurium nudo placiti sine consistens: Icto *in l. 1. §. 2. de pact. duorum vel plurium in idem placitum consensus. quam definitionem explicat C. A. de pact. l. 4. & seqq.*

Indicis.

Pactio & aliis hanc definitionem reprehendentibus satisfactum est *in disp. Wes. 7. q. 4. Cū v. A. Matthzi disp. fundam. 12. l. 7. contractui etiā convenire, eoq; vitiosam esse jactitat, egregie fallitur: Nam ut Cujac. in comm. ad d. l. 1. & in recit. ad l. 36. de leg. 2. declarat, in pacto nihil est nisi nudus consensus, nudumque placitum; at in contractibus aliquid amplius est: nempe duorum vel plurium consensus in id, ex quo nascitur obligatio. & d. disp. 7. q. 4. Illa sane Gregorii Lopez finitio, cum pactum nudum describit, quod unum tantum ex paciscentibus astringit, *animadvers. Jurispr. c. 8. n. 11.* partim contra *l. 1. §. 2. & 3. de pact. & l. 35. de pollicitat.* pugnat; partim pacta cum contractibus monopleuris confundit.*

36. Estque vel Iurisdictionum vel legitimum. *Vultes. d. c. 29.* Legitimum illud est, quod cum per se causa careret, à Iure Civili peculiariter ad actionem producendam confirmatum est.

Ius civile hic latius accipimus, ut LL. *Coff. & Edicta* complectamur: Tametsi enim Donellus *ad l. 10. nu. 10. Et seq. de C. pact.* tria tantum pacta legitima agnoscat, donationis, pecuniæ constitutæ & hypothecæ: Alii tamen multò plura recensuere. Confirmata enim quædam sunt iurè certo, quædam incerto, ut sic dicam, hæc. non satis constat. quo iure confirmata sint *C. A. de pact. reb. 13.* Ius certum dicentes, intelligimus tum ius antiquius, *LL. 12. 1. abb. tū posterius. Ex L. 12. 1. abb. Cujac. in l. 6. de pact.* duo tantum agnoscit, unum de lite, (ut uti rei pacti essent inter se, antequam in forum aut comitium venirent, ita jus esset:) alterum de membro rupto: Hunc citans *Vultejus I. Inrisspr. 29. n. 12.* pro eo quod est de membro rupto, substituit aliud pactum de injuria: (Id quod adduxit, Cujac. alibi, *10. Obs. c. 11.*) Jac quartâ porro speciem, nempe de furto jam admisso. Alii plures adnumerant, de quibus videndum *V. G. Forsterius tr. de pact. cap. 4. num. 7. Et seqq.* ¶ Postea aliis quoque juris partibus pacta quædam confirmata sunt, nempe vel Edicto prætoris, vel Constitutionibus PP. Edicto prætoris duò: unum pignoris, quod iure prætorio etiam pacto nudo constituitur, *l. 1. de pignorat. act.* & hypothecâ dicitur. *Vultej. d. loc. nu. 13.* & vim juris in re continet, cuius virtute creditor actionem hypothecariam consequitur. *S. Bachov. comment. de pact. leg. pag. 576. num. 6.* Alterum est pactum constitutæ pecuniæ *l. 1. de constit. pecun. de quo postea pl. d.* ¶ Ex Constitutionibus Vultejus itidem duas tantum species agnoscit, pactum dotis *l. 6. C. de dor. promiss.* (Dissent. Bachov. 1. *dissur. 6. th. 2. pag. 220. Et d. loc. pact. nu. 3.* fin. statuens hodie, post *l. un. §. 1. C. de rei ux. act.* semper fingi stipulationem subesse: Itaqu; dotem eam peti, non actione

actione ex pacto, sed ex stipulatu. Cui resp. potest cum Corasio, *d. l. 6. prospicere viro: d. l. un. mulieri. & Forster. d. cap. 4. nu. 10. pag. 57.*) & pactum donationis: Alii tamen & his addunt (3.) pactum compromissorium. *C. l. A. de pact. th. 11. per l. 5. C. de recept. arb. ubi Cujac. in parat. Cod. (Diss. iterum Bachov. d. dissert. 6. th. 2. D. & de pactu, pag. 577. n. 7. qui in collectione ex d. l. 5. ait committi fallaciam causæ, cum actio ibid. non ex pactione descendat, sed ex eo potius fundamento, quod arbitria ad instar iudiciorum redacta sint. l. 1. de recept. arb. Cui reponi potest, assimilationem istam non inducere exæquationem per omnia, & Pacium in Method. C. ib. c. 6. ergo nec ad effectum hunc necessario inferri; Maximè cum Imp. nihilominus dicat d. l. 5. actori ex suo numine actionem comparatam; cui æquipollet phrasus §. 7. l. de action. ubi Serviana ex ipsius Prætoris Jurisdictione substantiam capere dicitur. (4.) his accensetur pactum argentariorum seu Nummulariæ derNünze, (de qua notab. est locus Sichardi consil. de contract. 10. num. 66. si ulla est Nummularia & locus publicus ad quem ex communi consensu deferri solent deposita, de quibus in l. quedam. §. nummularios. & l. argentarios. §. 1. de Edend. tunc certè est Argentiarum, &c. sed hæc us in παρόν de usuris sibi præstandis. Novell. 136. cap. 4. §. 8. C. A. d. rit. de pact. thes. 11. ubi. Vid. Dissentiunt Gædd. de contrah. & commit. stipul. cap. 8. num. 52. ubi ait non continuo legitimum pactum fieri illud, de quo aliquis Imp. rescripsit; alioqui infinita hodie pacta fore legitima, Treutl. 1. dissert. 6. th. 2. lit. D. in fin. Sed priorem sententiam, refutatis obiectionibus, benè tuetur Forster. d. c. 4. de pact. n. 12. & Bachov. ad Tr. d. loc. p. 221.*

37. Pacta Jurisgentium vel per se con-

I 3

fide-

124.
siderantur, vel quatenus contractibus accedunt. Per se considerata nuda dicuntur & siue tacita siue expressa sint, *Treutl. l. 1. disp. 6. hb. 3.* ad actionem producendam Iure civili non proficiunt. *l. 5. §. 2. de solut. Wesemb. in v. de pactis nu. 9. Donell. l. 10. C. de pact. nu. 5.* unde etiam describi solent, quod sint talia pacta, quæ non profunt ad actionem. *Bachov. in comm. de pactis. p. 593. conf. sup. d. 35.*

videtur.

A communi hac traditione duo elegantissimi scriptores diversimodè dissentiunt. Primus est Gregorius Lopez, *d. tr. Animadv. ICli cap. 9.* qui pactum nudum parum cognitum fuisse doctoribus, scribit: *num. 1. C. n. 5.* dupliciter considerandum esse contēdit: aliud enim esse nudum ex se, & ex jure gentium, aliud esse nudum ex Iure civili. Illud ait esse, cum inter duos vel plures de re aliqua convenit, sed sine animo obligandi vel sine habilitate obligandi: n. 24. veluti si profecturus Romam, cum eo, qui Neapolim iturus erat, conveniam, ut iter simul intendamus? Hoc pactum nudum esse, quia non sit obligatorium. E diverso ex Iure Civili nudum esse, quod et si natura sua obligationem contineat, sitque vere obligatorium, quia tamen à L. aliqua non juvetur nudum de ICli reputari, licet ob naturalem obligationem efficax sit ad excipiendum: neque enim ICle. in totum à naturali vel gentium jure recedere. Resp. (1.) Lubricum esse principium quod ex obligatione mentali deducitur: quam faciliè enim quisque pro lubitu dicere poterit, animum obligandi sibi non fuisse: Atqui ICtus voluntatem in mente retentam non considerat,
l. si re-

l. si repetendi. 7. C. de condit. ob caus. dat. sed ver-
bis aut factis declarata. l. non tantum. 5. Rem,
rat. hab. nisi verba prolata sint ambigua, 6. l. 7. §.
12. de pact. Tum enim non ex tractatu, sed eius
 conclusionem pactum à stipulatione secernendum
 est. *Cofac. ad d. §. 12.* (2.) Quid verò in nudis
 pactis animum obligandi requirimus, cum hoc
 istorum pactorum proprium sit, ut obligationem
 non pariant. *l. 7. §. 4. de pact.* (3.) Quod si de
 qualicunque obligatione naturali Lopez. cogi-
 tavit, jam dicemus hanc ex verbis colligi: & ta-
 men pactum nudum esse, quia Ius civile, civilem
 ad actionem ei non adhsitat. *God. Hillig. 12. 9. f.*
 § Alter est, Iacobus Mæstertius novum Lugdu-
 ni Belgici fidus, qui *lib. 1. de Iustit. Roman. h.*
cap. 2. un. 9. probaturum se ait, adversus interpre-
 tes, Iure civili Rom. ex omni promissione & pa-
 cto honesto, quod deliberato animo initum sit,
 non tantum exceptionem, sed & actionem Iure
 civili dari: contra nobiliss. illud Iurisprudentiæ
 fundamentum, quod certos tantum & jure defi-
 nitos modos obligandi, non vagos admittit. Ve
 enim natura rebus quas profert omnibus, certos
 constituit modos, quibus aut enascantur aut mo-
 riantur: Ita etiam ars juris certos cuiq; rei modos
 definit. *Cuiac. ad l. 1. de pact.* Non enim obliga-
 tio quovis modo contrahitur aut tollitur; sed
 certis tantum modis; receptis scil. aut constitutis.
l. 44. §. ubi: certis modis de O & A. l. 20. C. de pact.
l. 3. C. de ingen. manum. quos sc. idoneos & suffi-
 cientes Legisl. putavit. Addidit is insuper stipu-
 lationis remedium, quo quælibet conventiones
 ad effectum actionis firmarentur. Licet autem
 prætor ulterius progressus sit; Tamen Icle in to-
 tum mutare non fuit ausus, sed temperamentum
 invenisse satis habuit, tum exceptionem tum alios
 effectus remissiores admittendo & suggerendo.

Pachov. in comm. de pact. pag. 594. probat autem illud his ferè (nam quæ ex proverbiiis & aliis dictis sacris adfert, oppido quam aliena sunt) argumentis : Quicquid Prætor servat, id non solum exceptionibus, sed & actionibus adjuvat & tuetur *l. 44. §. 1. f. am. ercisc. l. 1. de constit. pecun. pacta* deliberato animo inita prætor servaturum se promittit, *l. 1. de pact.* Resp pro communi. Maiori, totidem juris loca repugnant, quot indistincte pacta nudis sive temere, sive deliberatq initis actionem denegant v. g. *l. 7. §. 4. C. 5. ibi: ne ex pacto actio nascatur. ff. de pact. l. 10. C. de pact. Vbi licet pramissum esset pacta servari oportere; tamen negatur actionem hinc dandam esse.* quæ eadem dicendi figura occurrit, in *l. 1. Cod. de pact. convent. l. 95. §. 4. de fo. iur. l. 1. §. 17. ad L. Falcid. l. 21. ibi: exceptione se tueri. C. de pact.* Nec ad eam propositionem tuendam quidquam conducunt textus oppositi: siquidem *d. l. 44. §. 1.* agit de mixtis & divisoriiis Iudiciis à quibus nempe prudens ad hæc pacta inferat. Quod si maxime brocardicum aliquod, citra quam fas est, abstrahere ex illo loco Mæstertium pateremur: Obstitere tamen denuo quod Ictus non copulative, sed disjunctive ibi loquatur, quodque pro diversitate negotii prætor actiones sit concessurus aut exceptiones, *Aliter etiã resp. potest è Donel. ad l. 10. C. de pact. n. 15. C. 18* Eadẽ reponi poni possunt *ad l. 1. de constit. pecun.* Quanquam enim prætor faveat naturali æquitati: tamen nõ omni faveat, aut ubique aut uno eademque modo: sed prout magis illa vel minus subest, eo plus vel minus pacta tuetur *Donell. 12. comm. 9. & 10.* Nimirum fovet constituta etiam actionẽ dando: non quod constitutum nudo pacto tantum factum sit: sed quod pro pecunia jam debita sit factum: Non enim constituitur, nisi quod jam quoquo modo, debitum

137

bitum est, *d. l. 1. §. 6. de constit. pecun.* Itaque longe maior & notabilior eius est perfidia, qui pecuniam quoquo modo jam debitam & à se constitutam recusat solvere, quam eius, qui quod alio quolibet nudo pacto promiserit, præstare poluit: & horum præcipue spectat ratio *d. l. 1.* quoniam grave est fidem fallere: Bis enim fidem fallit, qui nec agnitam quidem à se, bona fide, obligationem præcedentem, velit exsolvere. *Ant. Fab. in rationalib. ad d. l. 1.* Quid, quod *Dd.* non pauci constitutum plane contractibus annumerant. *quæ de re tamè infra de contractibus consensualibus pluribus agitur.* ¶ Instat *Mæstertius*: Quicquid inter homines placuit *l. 1. l. 7. §. 7. de pact.* & ex consensu factum est, *l. 1. de constit. pecun.* propter naturalem æquitatem & ut fides seruetur, iure Romano exceptionem & actionem producit, *l. 10. de Q. C. A. l. 16. §. 4. de Fidei.* At quod deliberato animo promittitur, id inter homines placet & consensum continet. E. Resp. Maior eodem vitio falsi principii laborat: quod præter textus supra citatos totidem penè verbis contrariis diluit. *l. 3. C. de rer. permut. ibi: ex placito permutacionis, re non sequit a constat nemini actionem competere: l. si tibi. 27. C. de Locato. Paul. 2. sent. 14.* Nec infirmum hunc parietem sustinere potest, *l. 10. de O. C. A.* Non enim is sensus est, vel huius, vel alterius parallelæ *L. quem eidem d. loc. pag. 17. num. 11.* tribuit *Mæstertius*, quasi omnis obligationis nomine, cui naturalis æquitas subest, & actio & exceptio detur: Refutat enim lemma istud disertis verbis *Ictus Paulus* in *l. 1. de rer. permut.* absurdum reputas dicere, quod nudo consensu obligatio firma constituitur: cum id in his saltem receptum sit, quæ nomen speciale habent, non item in his, quæ nuda sunt & nomine carent, *¶ Ant. Fab. ib.* Verborum autem in

30.
d. l. 10. quadantenus repugnantium explicatio-
nem suggerit ipse iterum ICtus in l. 16. §. 4. de fi-
dejussor. in verbis minus proprie: Quibus innuit
omnem obligationem quæ naturali æquitate ni-
titur, dici posse naturalem; & supr. eccl. 24. Sed
aliam effectus maiores habere & plenius appro-
bari à ICli aliam minus; Illam ergo licet speciale
nomen acceperit, naturalis tamen vim & natu-
ram non amittere. Sive, ut melius ad eam L. com-
mentatur Cujac. Non accip. est L. de obligationis
una & infirmiore specie, (cum imò duas species
analogas ICtus exprimere voluerit) quasi scil. ex
obligatione naturali nuda, etiam actio nascatur;
quod nunquam evenit: (Nunquam enim de na-
turali obligatione ex ratione ICli dici potest,
quod actionem producat. Bach. in comment. ff.
de pact. pag. 558.) sed hæc est sententia Pauli; quo-
niam dixerat in l. 5. de fidejussor. (quæ est ex eod.
lib.) fideiussorem adhiberi posse etiam naturali
obligationi: Subjicit jam in h. l. 10. Naturales
vero obligationes in hoc tractatu, non eo solo
æstimandas esse, quod actionem pariant, verum
etiam eo, quod licet actionem non producant,
hunc tamen effectum habeant, ut eorum nomi-
ne soluta pecunia condici non possit tanquam
indebita. Aliter, sed minus accommodatè, hæc ex-
plicat cū allegatus V. G. Forsterus tractatu de pact.
cap. 8. nu. 5. pag. 212. Quin etsi verba, prout iacent
accipientes, simpliciter dixerimus obligationem
naturalem (puta ut genus homonymum) discer-
ni posse in eam ex qua datur actio & eam ex qua
tantum soluti retentio & similes effectus remis-
siores sequuntur: uti loqui amat Dn. D. Locame-
rus, quæst. Inst. 70. cum C. A. de autor. tut. th. 12. C
de O. C. A. 0 5. probandum tamen erit Mæstertio,
eam, quæ ex nudo pacto propullulat, obligatio-
nem ad prius genus, non ad posterius pertinere.
& Donell. ad l. 1. num. 7. C. de condic. indeb. Quod

Quod certè non efficit arg. seq. cum ita pergat. Is cum effectu exactiois conveniri potest, quem I. G. dare oportet. At eum qui promisit & cuius nos fidem sequuti sumus I. G. dare oportet. E. Maiorem probat ex *l. cum amplius 84. §. 1. de R. I.* ubi præcipue urget verbum oportet. Resp. Iusgentium dupliciter considerari potest, ut absolutum & adprobatum. & in simili *Cl. Dn. D. Franz. k. Exercit. 15. thes. 6.* itaque qui Iureg. absoluto dare oportet: eum quidem Iureg. exactioem habere concedam: actione & remedio I. Cli exigere debitum posse, negabo, nisi Ius Cle. plenius & ad hunc quoque effectum, obligationem illam receperit. *conf. Dn. D. Franz. k. d. lo. 8. 12.* Neque amplius quidquam in *d. §. 1.* dicitur, quã eum natura debere, qui Iureg. obligatus sit: Et ut indicetur nullam obligationem naturalem, cuius mentio in jure sit, ex illo jure naturali æstimari, quod commune nobis est quadantenus cum brutis; (Nec enim ratio proprie in bruta cadit:) sed ex Iureg. *Cujac. supr. allegat. ad l. 1. §. 1. de l. c. 1.* Ut cunque alii aliter hunc lo. explicant. *Conf. Humm. d. diff. Tr. 6. q. 74. in fin.* Quid si hanc ipsam differentiam I. C. tus innuere per hanc adjectionem voluit; alioquin dicere potuisset, is natura debet, vel naturaliter obligatus est, quem Iure Civili dare oportet: Quid quod alterum prædicatum I. Cli non convenit: Omnem sc. cum I. Cli dare oportere, cuius fidem sequuti sumus. Nec urgeri potest verbum oportet, cum illud moralem tantum necessitatem hoc loco designet. *H. Grotius lib. 2. de jure bell. & Pac. num. 1. in fin. & Cujac. ad d. l. C. 1. A. de reb. cred. lb. 27. nu. 3. Salmas. 1. de usuris. c. 5. p. 110.* Sed dilata in commodiorem locum hac disputatione, principia nostra pertexamus.

38. Porro, quatenus pacta nuda contractibus

140.
tibus accedunt, adjecta dicuntur, aliàs
etiam vestita.

EXACTIS.

Quod nomen Dd. & legitimis pactis applicue-
runt; vestiuntur enim & muniuntur, ista quidem
confirmatione & adfistentia l. illa cohærentia
contractus: & *Bachov. comm. de pact. sub tit. de di-
sp. pactor. pag. 563. Vbi nimis delicatas ait esse
aures, quæ verbis docendi causa reperta ferre non
possunt. & d. ad Wesemb. de pact. num. 2. disput.
Wesemb. 7. q. 5.*

39. Hæc si contractibus vel ab initio
vel in continenti adjiciantur, legem ei dant,
insunt ex parte actoris, eiusque actionem
informant l. 7. §. 5. de pact. (ista n. synonyma fe-
re sunt) *Treutl. d. disput. 6. th. 10.* Vnde etiam
lex contractus dicuntur l. 24. de pos. rubr. de
pacto l. commissor.

EXACTIS.

Verum hic non una opus est inquisitione: An
nimirum pacta adjiciantur contractibus in conti-
nenti, i. e. antequam ad alia negotia contrahentes
diverterint. *Cujac. ad l. 72. de cont. Emr. vel ex in-
tervallo In continenti vel adjiciendo contractui,
vel detrahendo. (Inter quæ excitata cogitatione
discernendum est Bachov. 1. disp. Treut. 6 th. 10, D.)*
Nempe adjiciunt & conferunt pacta ista vel sub-
stantiæ vel adminiculis contractus. Substantiæ tñ,
quando contractus formæ naturali aut cõventio-
nali quid adijcitur: (Idq; si *Hottom. qu. illustr. 36.*
sequimur; alii enim adijcientia ea tantum esse vo-
lunt quæ salva substantia adminiculis contractus
aliquid addūt: *Vult. 1. jurispr. 44. n. 30.* ubi promit-
tit, hanc doctrinam diligentius se examinaturum

lib. 2.

lib. 2. discept. Scholast. quod an præstitum sit, alii viderint.) Adminiculis adiciunt pacta, quæ extranea quædam adiciunt salva manente substantia contractus: sive ut post Hottoman. *Bachov. d. th. 10. lit. F.* quæ augment naturalem contractus præstationem: Nempe si emtor paciscatur cautionem duplæ, vel satisfactionem evictionis nomine, cum alias simplex reptomissio sufficiat. *l. 1. §. stipulatio. 8. de Prætor. stipular.* Priori casu pacta contractibus b. f. adiecta dicuntur inesse h. e. contractus ipsos informare, & jus actoris augere. *l. 7. §. 5. 6. l. 27. de pact. ubi C. l. A. th. 93.* Ratio est; quia pacta in continenti adiecta his contractibus sunt veluti pars eorum, continentur & insunt cuique contractui *Cujac. lib. 10. qu. Papin. add. l. 72. & eius actionem producant. d. l. 72. de contrah. emt. l. 6. §. 1. de A. E.* (An idem dicendum de contractibus stricti juris? N. Cujac. *in l. 7. §. 5. de pact. 10. O. 21. Tr. 1. 6. 10. a. C. l. A. d. th. 93. §. 103.* Affirmativa autem communior est & *Hottom. 1. amic. resp. 31. §. 38. Vult. 1. Jurispr. Rom. 44. n. 37. Aramæus disput. Pand. 3. 6. 9. Ent. Merillus. 3. Obser. 24. ibi: non est differentia circa contractus b. f. & stricti juris circa pacta in continenti facta, quæ his & illis insunt ex parte actoris & rei.* Mediam quandam sententiam proponit *Bachov. ad Tr. d. loc. & in com. ff. de pact. subst. de pactis adjectis p. 585.* qui in cõtractu *mutui* pacta hæc nullo modo inesse, statuit; quod iste cõtractus nõ facillè recipiat extensionem. *l. 11. §. 1. de reb. credit. nec plus reddere quis cõgi possit, quam acceperit. l. 17. de pact.* In cæteris autem, vt stipulatione, adfirmativæ subscribit, quia enim verbis perficiatur, ideo cum pactis quandam habere adfinitatem, *l. 4. §. 3. de pact.* quomodo etiam *Gœddeus de contrah. stipul. cap. 8. conclus. 2. A. Fab. in rational. ad l. 40. de reb. cred. ex l. 27. C. de pact.* nititur colligere, pactum

pactum stipulationi adiectum actionem produ-
 cere. Sed Negativa deferenda nō est, propter *l. 13. C. de pact. l. 7. §. 5. ff. eod. arg. a contr. sensu.* & quia
 tantum ex parte rei dicuntur inesse. *l. 40. si cert. per.* Neque in opposita *l. 29.* dicitur agi ex pacto
 stipulatione adiecto; sed potius ex ipsa stipula-
 tione, quæ placiti firmandi causa accessoriè fuit
 interposita. *Perez. in parat. C. de pact. num. 20.*
 Sane aliquibus casibus singularibus accidere, ut
 ex pacto, contractui stricto in continenti adhi-
 bito, actio nascatur, ipse Cujac. largitur. *p. 240. in fin. per l. periculi. §. de Navt. sen. l. etiam 30. de usuris. l. frumenti. C. eod.* sed hi regulam non
 faciunt.) Adminicula contractuum sunt vel na-
 turalia vel accidentalia. Quæ utraque à pactis
 adiectis confirmantur ut fortius operentur. Licet
 enim hæc pacta non attingant substantiam con-
 tractus (v. c. in Ematione venditione consensum
 de re & pretio) sed tantum adminicula (ut in *E. V. evictione l. instrumenta C. de probat. l. 3. de re- sibus.*) Eam tamen nihilominus vim habent,
 ut quod juris regulariter in contractu non esset,
 illud per pactum incipiat esse, veluti ut satisfactio
 præstetur. § Porro pacta (in continenti adie-
 cta.) detrahentia, itidē vel substantiæ vel natu-
 ralibus contractuum detrahunt. Si contra sub-
 stantiam contractus apponantur, sunt vel Iuri
 contraria, vel nō. Quæ Iuri ipsi contrariantur nec
 ad exceptionem doli prosunt, *Bach. ad Tr. 1. d. 6. ib. 10. lit. D. pag. 266. conf. l. 12. de precario.* Quæ a
 Iuri directo non contrariantur, ea prout contra-
 ctum magis vel minus oppugnant eiusque sub-
 stantiæ adversantur, aliquādo transformare con-
 tractum solent, ut in *l. 6. §. 1. de A. E. l. 80. §. ult. de contrah. emt.* aliquando alterare & contractū ef-
 ficere irregularem *l. 24. C. 26. depositi.* Vnde sci-
 mus decisum, contractū mandati, de emēdis fru-
 mentis,

mentis, (cui L. in cōtinenti addita fuerat, ut si frumento dominus non uteretur, idque carius distraheretur, lucri partem procurator ferret,) in contractum societatis migrasse: Cum enim pacti huius vigore fretus mandatarius aliquot frumenti modios consumsisset, frustra fuit domini actio: Verb. sentent. *Hingegen Aläqer schuldig sein solle / vmb das senige / was er ratione der gemeinschafft detractis detrahendis zuviel empfangen / dem beklagten inner zeit der Ordnung herausser zu bezahlen* &c. Naturalibus contractuum variè detrahitur: ferè enim omnia in contractibus mutari possunt per pacta (*qua substantiam eius non impediunt & dolum non promoveant. l. 23. & l. 27. de R. l.*) C. l. A. profocio. th. 19. n. 2. Nicol. Bellon. 1. supput. at. 5. Hinc (iterum ex Hotom.) *Bach d. 10. lit. F. detrahentia pacta describit, qua naturalem contractus prestationem faciunt levisorem? Veluti ne cautio praestetur.* - ¶ Denique de pactis ex intervallo adiectis hoc tantum definire vulgò solent, ea nec in b. f. contractibus nec in strictis inesse, nec actionem, sed exceptionè tantum ex iis dari l. 13. & 17. C. de pact. Ratione adiecta: quia hæc pacta non possunt videri pars contractus, cum longo postea intervallo, sive ubi ad alia jam discesserint cōtrahentes, adiecta fuerint. post Cuiac & Dd. comm. Perez. in parat. Cod. de pact. n. 20 Verum quia de his pactis l. 72. de contr. omr. uberius agit, & quidem de istis folis, (ut Cuiac. testatur d. lo. idq; tã eleganter, ut nulla elegantior extet Cuiacii iudicio d. lo. p. 235.) resolutionem eius in summa adnectemus. Initio distinguit ICrus, an pacta adiciantur substantiæ contractuum, an etiam adminiculis. Per substantialis itidem intelligendæ sunt causæ internæ, id est, materia & forma ex quibus cōtractus consistunt: Adminicula dividunt Dd. in naturalia & accidenta.

dentialia: (*licet Diff. Cujac. d. lo. p. 238. & p. 238. ubi
 dicit, quæ substantialia sunt, ea & naturalia esse:
 & Merill. 3. Obser. 23. Pac. de contr. c. 3. n. 7.*) Sunt
 autem omnia quæ non pertinent ad esse contra-
 ctus, sed ad bene esse, ut loquuntur, seu ad eius
 firmitudinẽ, sine qua tamen contractus etiam per
 se possit subsistere. Quantum ergo ad hæc atti-
 net, interest an pacta adminiculis contractuum
 detrahant, an adiciant. (Detrahẽre autem non eã
 tantum pacta ait Cuiac. quæ dimittunt, sed etiã
 ea, quæ augent: quia utroq; genere recedatur à
 contractu priore: Adicere eidem est, adhuc ma-
 nente contractu pacisci aliquid de accessionibus:
 Verum ut bona cum pace tanti viri dicamus,
 explicatio ea ipso textu refutatur: Nam hæc est
 Icti summa distinctio. pacisci nos de contractus
 alicuius adminiculis vel substantialibus: de sin-
 gulis pacisci vel detrahendo aliquid vel adii-
 ciendo conventis: (*& A. F. ib. in rational. ad d. l.
 72. p. 309. a. & facieb. ut & p. seq. per tot.*) Quæ
 detrahunt, contractu contineri videntur, inquit
 Ictus: quod Cujac. 14. Obs. 28. & d. p. 235. in f. pro-
 priè accipit, ut sc. actionem pariant. Contrarium
 docet Bacchovii. *disp. Tr. 6. th. 10. lit. F.* verba sc.
 hæc non significare id, actionem formare, sed in-
 esse ex parte rei & prodesse ad exceptionẽ. Ratio-
 nem addit in *Comment. de pactis. p. 579.* quia pa-
 cta ex intervallo adiecta, sint & maneat nuda
 adeoque inefficacia ad producendam actionem.
 Atqui contineri contractu aliquid amplius so-
 nat, nempe partem contractus facere? Qua re
 motus Merillius. 3. *Obser. 24.* dist. inter contra-
 ctus b. f. & stricti iuris, ut b. f. contractibus pacta
 etiam ex intervallo adiecta insint, ex parte actio-
 nis & rei: non item in contractibus stricti iuris:
 Quod vix est, ut defendi possit: Nam & admini-
 cula

eula novum contractum non constituunt: Et p̄ta
 sta post longū intervallum accedentia nullo mo-
 do pars veteris contractus dici possunt, ut inesse
 censeantur. Nec juvat hanc interpretationem de-
 claratio Merillii quam pr̄mittit *in cap. 21. d. lib.*
pag. 173. (sc. ut problemate uno in plura capitula
dissecto tandem liber observationum exiret) in-
 quiciens *p. 173. fin.* p̄ctum ex intervallo factum ex
 parte agentis ita inesse posse, si v. c. inter emto-
 rem & venditorem mancipii ab initio conveng-
 rit, ne dupl̄ cautio pr̄staretur, & postea, seu ex
 intervallo, *non dum tamen re sequuta, aut tradi-*
done facta, inter eosdem vicissim convenerit, ut
 dupl̄ cautio pr̄staretur: Tum v. ex pacto isto,
 quamvis postea facto, agere posse emtorem, ad-
 versus v̄ditorem, ut de dupla caveat; (hac ratio-
 ne) quia exceptiones, quæ sunt ex eodem contra-
 ctu, etiam ex parte agentis locum habeant, ut &
 ad actionem proficiant *l. 7. §. adeo 6. de pact.* Nam
 (1.) in eo peccatur, quod distinctio, de re integra
 vel non integra, huic speciei de pactis circa admi-
 nicula contractuum accommodetur: qua tamen
 ICTus *in d. l. 72.* tantum utitur circa substantialia
 contractuum: In quibus etiam tantum locum
 habet. & *inf. vers. tandem.* (2.) Atq; de istis etiam
 agit ICTus *in l. 7. §. 6. de pact.* peccat ergo in hoc
 Merillius, quod eum textū de pactis circa admi-
 nicula assumit. (3.) Adeoque petitio est principii,
 cū ait ex pacto isto (ut dupl̄ cautio pr̄staretur)
 quamvis postea facto agi posse: Neque enim id *d.*
l. 7. §. 6. probat, cum de tali pacto nō loquatur. Uti
d. Nec (4.) pactum dici potest esse de eodem con-
 tractu, vel pars eius esse, quod post tractatum eius
 absolutum & postquā ad alia discessum fuerit, ad-
 iectum est. (5.) Quid quod ipsum illud pactum
 detrahens, initio adiectum, à nonnullis contra-
 ctui inesse, aut actionem eius formare, non im-
 probabiliter negatur & *Horren. in pecul. tr. ad d. l.*

72. pag. 9. & seqq. quomodo ergo ineffet pactum postea in huius locum surrogatum? *Amici, ne tam magnis nominibus aut phaleratis discursibus mōstramur, quam rationibus bene fundatis.* Superest ergo ut dicamus phrasin hanc (contineri contractu videri) ex conditione rei restrictionem accipere: Nempe quia *pacti detrahentis* utiliter tota consistit, in excipiendo, non in agendo: Neque casus potest occurrere, in quo is, qui tale pactum interposuit, actione aliqua indigeat, sed tantum exceptione. Exceptiones autem non tantum doli, sed etiam pacti tacite insunt & ipso iure b. f. iudiciis l. 3. de resc. vend. Ergo hactenus pacta ista continebuntur contractu, ut reum contra actionē ex contractu tueantur. *conf. Hortens. d. lo p. 7. ubi ait, per Verbum Videtur Papinianū ipsum innuere, quod proprie non cōtineatur.* Et hec in pactis detrahētibz obtinent: Cæterum aditientia pacta non insunt, inquit Ictus: In qua propositione, phrasis inesse proprie accipitur: Vt sc. intelligamus negari ea inesse ex parte actoris: Interim non negatur ex his quoq; reo exceptionem dari, seu reo ea prodesse: Nam si post emtionem contractam pacti simus ut fidejussoribus caveatur, emtor quidem agere non possit, ut sibi ita caveatur: Verum si venditor actionē adversus emtorē, moverit fortē de pretio exsolvendo, tum ille se tueri poterit exceptione ista non præstitæ satisfactionis. Rationem, cur phrasis ista diversimodē in his accipiatur, latius declarat *A. Fab. d. p. 309. Hortens. p. 12.* Tandem si pacta ex intervallo apposita substantiam afficiant, dist. est ex nota Pauli, an pactum adhibeatur re adhuc integra, vel non amplius integra. Rem integram intellige, si vel contractus nondum implementum acceperit (puta si vel pretium nondum sit numeratum aut res nondum tradita) vel etiam si post imple-

implemētum factum omnia in integrum fuerint restituta, pretium nempe rēditum, aut res restituta. *¶ Cujac. pag. 237.* Si ergo, re integra paciſcantur rursus contrahentes de substantialibus, puta de augendo vel minuendo pretio: (hac enim parte non distinguimus inter pacta detrahentia vel adiicientia *Ant. Fab. d. loc. p. 308. fac. 2. in fin.*) recessum videtur à priori contractu, & novus contractus inirus esse censeatur, *l. 2. de rese. vend. v. c.* in emtione venditione intelligitur per hoc pactum nova contrahi E. V. cui insit illud pactum maioris vel minoris pretii. *Cujac. d. pag. 237. ubi ait notandum esse, ex novo pacto ita effici novam emptionem l. 3. de pact. l. si unus, 27. §. idem dicimus. eod. quod tamen caute accipiendum est, ne in Cujacii singularem opinionem de pactis nudis incidamus.* Quod si integra omnia ex priori contractu non manserint, puta si vel traditio ex parte venditoris secuta fuerit, vel solutio pretii sive in totum sive pro parte ex latere emtoris, non poterit discedi à priore contractu, ne quidem ex voluntate & consensu contrahentiū, *l. 6. in f. de contrab. emt. nisi retroactis omnib. quę prius acta fuerunt l. ab emptione 50. de pact. C. quand. lic. ab emt. disc. A. Fab. d. loc. pag. 309. fac. 1.* Hęc si forrē elementorum nōtionem superant: in gratiam disputantium apposita dicentur. *Vid. diff. Pac. Method. C. de pact. c. 7. n. 64.*

40. Restat ut de conventionibus, quę præter consensum etiam causam habent, ex ordine (supra th. 33. designato) tractatio suscipiatur.

extror.

Quid voce causę in *l. 7. §. 2. 4. de pact. C. pass.* veniat, non una est Interpp. sententia. Glossa in *d. §. 2.* Verbo *causa*, intelligit dationem vel factum; quod post veteres probat etiam Donell. 12.

K 2 *com.*

148
comm. 9. Et ibid. alleg. lit. e. C. A. de pact. th. 92.
arque ita etiam legendum esse putamus apud Ba-
cho. disput. 4. de action. th. 6. ubi, sumitur pro da-
tione vel factio, quod justam causam prabet agendi.
¶ Id vero reprobatur Pacius in tr. de contractibus
in genere cap. 2. num. 5. Et comment. ad l. 7. §. 1.
de pact. ubi causam definit vim illam cuicunque
actui à jure tributam, unde oritur obligatio &
actio: Merito autem dici causam, nempe cum
relatione ad suum effectum: quia sit causa obli-
gationis & actionis. ¶ Hanc autem explicatio-
nem vicissim reiicit Suthpl. disput. 12. Institut. th.
43. quod causa in jure non omni contractui, sed
ei tantum, qui nomine caret, tribuatur. Itaque
Accursii sententiam præferens, eam declarat de
causa impulsiva. ¶ Cæterum huius reprehensionis
argumentum suggillare videtur Bcho. in
comment. de pact. sub rubr. de contractu num. 2.
p. 565. cum ita scribit: Vtunque ita fortè Vi-
prian. acceperit vocem causæ, (pro datione vel fa-
ctio, quæ constituunt contractum innominatum)
non tamen inde sequitur, ut scioli quidam
putant, generalius verbum causæ accipi non
posse: si modo explicetur, quid causa sit, quate-
nus pro differentia specifica contractus usurpa-
tur. Hæc ille: qui ea voce, causam agendi, intelli-
git: sed quænam illa sit, non expedit. ¶ Mat-
theacius lib. 1. de via Et rat. jur. cap. 6. n. 28. cau-
sam exponit synallagma, ac simplex vel mutuuum
factum, seu commercium obligatorium. Atque
ita ferè Wesemb. in parat. de pact. num. 2. Et cla-
rius in parat. de præscr. verb. num. 1. ubi negotium
aliquod civile, quæ sit ab erroribus immunem
Bcho. ibi pronuntiat. Vulturnus. 1. l. Rom. 30. Et
A. Faber. in rational. ad l. 7. §. 2. de pact. ubi scri-
bit: hac voce, non denotari causam aliquam quæ
occasionem dederit: (Nam & sic pacta habere
causam,

causam, aliàs prætorem ea reprobaturū l. 2. §. cir. ca. 3. de doli except. junct. l. 4. de reb. cred.) sed negotium quod subest in ipsa conventionē, eiq; non tam occasionem, quam materiam præstat. ¶ Ex his optima queq; seligētes, sic statuimus. Per causam hic non intelligi externam, aliquam, §. 5. §. 27. §. seqq. (nec impulsivā per rat. modò à Fabro d. nec efficientē, qualis etiam est in pactis legitimis) Sed internā h. e. tum materialē, id est negotium, tum formalem, nempe negotium civile, sive quod propter utilitatem suam in civitate receptum fuit & ad actionem confirmatum. Quanquam enim vox hæc, ut apud Lexicographos videre licet. latiss. pateat: quia tamen hic differentia loco adhibetur & quidem in materia contractuum, ideo de negotio & synallagmate restiss. explicatur. *Briffon. in hac voce pag. 70. ibi: primum negotium significat §. quamlibet obligationum originem. l. creditorum. 11. in fin. de V. S. l. 9. de reb. cred. l. 9. §. pupillus. de auct. §. cons. tut. l. 12. de acceptilat.*

41. Causa illa cum consensu conjuncta contractū efficit, (Vnde Doctorib. ex natura sua vestiri dicitur, quemadmodum pacta legitima & adjecta, ex accidenti. v. *Bachov. §. 2. l. de oblig. n. 7*) quando sola subest, innominatum, quando nomē adjunctum habet, nominatū, *Aliter Hortens. ad d. l. 72. p. 27. pactū non nudum causam habere, vel à L. ut pacta legitima; vel à se ipso, ut contractus certos; vel à rei traditione, ut contractus incertos.*

exterior.

Iam supr. d. est, aliquos causam tantum restringere ad contractus innominatos: Quia v. causam de negotio utili in civitate exposuimus, idq; ia

contractibus nominatis vel maximè subest, & *Bachov. d. lo. nu. 7. Cædd. de contrab. stipul. cap. 1. conclus. 3. num. 29. Vult. ad pr. I. de Obligat. num. 36.* ideo ita maluimus oppositionem *d. l. 7. §. 2. de pact.* interpretari.

42. Verum de obligationibus ex contractibus & delictis commilitones mei, DEO volente, generalia præcognita exposituri sunt, quibus nunc lampada tradimus.

videtur.

Hoc unum nobis ad huc, discutiendum est, quod A. Mattheus distributioni Imperatoriz in *§. ult. I. de obligat.* obiicit, hac divisione Imperator omnes obligationum causas non esse complexum: Esse enim & alias causarum figuras. *l. 1. in fin. pr. de O. & A.* quod & ipse Imp. innuat in *§. 1. I. de act.* cum prioribus verbis adiicit *Et alii quibusdam modis.* § *Gl. in d. l. 1.* lex intellectus istorum verborum adfert: E quibus primus comm. probatur, intelligi nempe figuras quasi contractuum & quasi delictorum. *Donell. 12. comm. 5. Harpr. ad d. §. 2. I. de obligat. num. 1.* Alii his verbis contractus inominatos designari arbitrantur. quos *§. apud Hillig. d. loc. lit. C.* § Quamvis autem ad *§. 1. I. de action.* facilè responderi possit, verba obiecta, non ad remotiora referenda esse, cum proximiora sensum commodè admittant; vide *Hottom. ibid.* Tamen generalius & ad utrumque textum simul respondendo dicemus, Distin. inter figuras ordinarias & regulares, de quibus potissimum cogitavit Imper. & extraordinarias, puta nō tantū pactorum legitimorum & adiectorum, de quibus dictum, sed & factorum in has species non incidentium, ex quibus non quidem ad dandum vel faciendum, sed tamen ad præstandum aliquid, lege obligamur *l. 3. de O. & A.*

§ A. Bāchoy. ad d. §. 2. *num. 7. ubi occurrere dicitur casus, quibus actio personalis datur, ut tamen vix ulla vestigia alicuius conventionis supersint: (alleg. l. si me. 3. de reb. cred. fortè voluit allegare l. si eum. 23. eod.)* quale exemplum est in actione ad exhibendum, quæ non tam ex contractu vel quasi, technologicè ita d. quam ex generali æquitate l. 3. §. 1. ad Exhib. l. 7. Cod. eod. § Legis obligatione, l. 52. §. 5. de O. § A. oritur & not. ad C. A. ad Exhib. th. 3. Giphān. ad d. l. 52. §. 5. alia quoque exempla adfert, ex actibus: v. c. testamenti & matrimonii: Nam qui testari aut matrimonium inire cupit, obstringit se, ut id secundum leges faciat, quæ etiā ref. & prob. Hillig. d. c. 5. lit. e. § Est qui obligationem ex dominio etiam oriri statuit, atque ideo caput 10. lib. 2. de jure belli & pacis inseribit, de obligatione qua ex dominio oritur: Hanc obligationem nasci ait aliquando rebus extantibus, aliàs non extantibus. Illic hoc sensu, quia is, qui res nostras habet, teneatur efficere, quantum in se est, ut res ea in potestatem nostram veniat. l. bona fides. 31. de positi. Nam post introductam dominiorum distinctionem, hanc quasi societatem inter dominos contractam esse, ut qui alienam rem in sua haberet potestate, eam domino redderet: hanc obligationem tanquam ex contractu universali omnes homines tenerent. Rebus autem non amplius extantibus obligationem ex dominio nasci, hoc pacto, ut si tu ex re mea factus sis locupletior, in tantum tenearis, in quantum es factus locupletior: id enim placuisse humano generi introductis dominiis ad servandam æqualitatem in eo scil. ut quisque suum haberet. Hæc ille. De his quid sentiendum sit, partim ex l. 17. §. 1. l. 20. de R. V. § l. 5. Cod. eod. partim ex l. pupillus. 5. princ. de auct. tut. collata l. 3. in prin. Verb. utilem. Commodat. decernendum erit.

Quan-

Quamquam enim illud simpliciter reponi possit,
 quod Fabro suo respondit Bachov. *disput. 7. de*
actio. 16. 11. Ludere virum doctiss. in verbo ob-
 ligari, quod in specie significat, obstringi ex con-
 ventione, vel quasi: quo sensu utique non obli-
 gatus est reus in actione reali: generalius au-
 tem & populariter pro cogi & jure teneri, usur-
 patur. Addimus tamen, hinc apparere mani-
 festè paralogismum causæ in ratiocinatione
 præmissa; utique si ea ad ICle exigatur, Quod
 enim is, qui res nostras habet, eas nobis tenetur
 restituere, vel rebus peremptis æstimationem: Id
 non ex proprio obligationis jure venit, sed ex
 potestate actionis realis & judicii arbitrarii, quod
 duas habet clausulas, unam de restituendo vel
 tradendo; alteram de litis æstimatione: probato
 enim dominio actoris & possessione rei, arbitrat-
 ur & jubet judex, primum rem restituere oportere,
 cui jussu seu præcepto aut arbitrio, si non
 pareat adversarius, tum requirimus an rem ha-
 beat vel non: si rem habet & possidet liberum est
 judici pedaneo ex ipsa judicii potestate & secun-
 da clausula, vel auferre rem manu militari & cæ-
 terarum utilitatum condemnationem facere; vel
 damnare reum, quanti actor litem æstimaverit.
 Si v. rem non habeat sub dist. An dolo possidere
 desierit, an culpa: Illo casu debet judex reum
 condemnare, quanti actor litem jurejurando suo
 æstimaverit: (causa proxima indicatur *in l. 70. de*
R. V.) Hoc casu & si culpa actor rem desierit pos-
 sidere, damnabitur reus ex secunda clausula, non
 quidem quantum in litem ille juraverit, sed ta-
 men quanti res revera fuit. Mitius enim punitur,
 qui culpa amisit possessionem, quam qui
 dolo. *v. Cujas. in recit. ad l. 68.*
de R. V.



ELEMENTORVM IVRISPRVDEN-
tia Method. part. 3. sect. 4.

DE OBLIGATIONIBVS
ex contractibus & quasi con-
tractibus.

Resp. IOHANNE IACOBO Fris
Argentinense.

Thesis 1.

DE contractibus methodum Elemen-
torum Iurisprudentiæ Iustinianæ,
divina adspirante gratia, pro virili defensu-
ri, definitionem nominis & rei primùm
evolvemus.

2. Nomen in Etymologia, Homony-
mia, Synonymia & Paronymia spectandum
erit, cum varia eius & obscura sæpè in iure
occurat usurpatio.

subdit.

Nec movebimur invidiosorum obtrectatione,
quasi onomatologiis nimium delectemur: sequi-
mur enim libentius veterum monita, qui ety-
mon & usum vocis cognoscendum esse dicitant,
quibus sæpè provehamur in rei ipsius perceptio-
nem: Imò non nemo veterum tradidit, sine no-
minis explicatione velle rem cognoscere, esse
tempus perdere, Molimur autem de obligatio-
nibus

L

nibus & de contractibus plura quã in superiori-
bus tractationibus, quod ea in libris paratitlo-
rum. quibus studiosi comm. uti solent, hætenus
desiderantur.

3. Vocabulum ipsum à con & traho
deductum videtur, quod paciscendo diver-
sæ voluntates in idem contrahantur placi-
tum. *P. Faber ad l. 23. de R. l. fac. l. si voluntate*
8. C. de resc. vend. l. 19. de R. l.

videtur.

Hoc notamus contra eos qui contractum di-
ctum putant, quasi contra actum: post *Alciat. in*
l. 19. de V. S. & Moz. 2. de contractib. in genere co-
lum. 1. num. 15. Richter. disp. 1. de contr. th. 1. a. Ut-
cunque enim vocem contra, pro vicissim inter-
pretèrè. cum *Besoldo th. pr. in Verb. contract. Rich-*
ter. d. loc. nihil tamen quàm actum exprimis. Illa
autem derivatio præferenda est, quæ vinculum &
necessitudinem obligationis magis insinuat, *vid.*
Pacium tr. de contractib. 2. 1. n. 1.

4. Ut autem res ipsæ, ita & vocabula
raro in nativa significatione acquiescunt,
sed ad res varias significandas transferuntur
arg. l. 4. de prescr. verb. Quomodo & huius
vocabuli usurpatio aliã est *nativa & vulga-*
ri, qua contrahere idem denotat, ac rem
difictam, laxam & dispersam cogere &
velut in unum adducere (Ita Imp. copias
contrahere dicimus & alia:) post *Lexico-*
graphos Forster. de pact. cap. 4. nu. 24. sive con-
stringere. (sic vela quem aut nervos con-
trahere perhibemus) *Pac. d. loc. Alia dativa*
& Iuridica. 5. In

5. In jure itid. vel propriè vel impro-
priè vox contractus accipitur. Impropriè
tum, quando vel nimis latè vel nimis strictè
usurpatur. Quod ad improprietatem latitu-
dinis, lata, latior & latissima significatio
occurrit.

ex de otis.

Lata acceptio est, quando vox contractus
etiam de quasi contractibus usurpatur, ut in l. 1.
§. debitum. 6. de constit. pecun. l. sed & cum. 16.
de Negot. gest. Pacius. 2. Enantioph. 91. Latior
est, quando actus aliqui, obligationem quomo-
docunque inducentes, hac voce denotantur: ut
est ex actibus inter vivos, tum judicialibus, li-
tis contestatio. l. 3. §. 11. de pecul. jusiurandum,
confessio & c. Vid. Hillig. 12. Donell. Enucl. 6. lit. F.
tum ex actibus extra judicialibus, matrimonium
& Harpr. ad §. 1. l. de pat. potest. n. 52. divortium l.
exigere. 65. de judicis. transactio, qua potius di-
strictus est. Wesemb. de transact. nu. 2. Moz. in
de contractibus in genere colum. 4. num. 8. quin &
actus testandi, contractus vocabulo videtur de-
notari in l. eandem. 9. de duob. reis. Richter. d. th.
1. lit. a. n. 5. quanquam enim dici possit, ibidem per
causam remoram testamenti, intelligi proximam
b. e. hereditatis aditionem. text. eleg. in l. si ve. 17.
d. t. Pontifex tamen manifestus hac voce abusus
est, in cap. cum à nobis. 28. de testibus. Latissima
tandem acceptio est, cum & ipsa delicta contra-
ctus nomine comprehenduntur: notissima enim
sunt apud Aristot. 5. Ethic. 2. εὐνομάζοντες ἀνόμιμα.
An & apud ICros? N. Bachov. diss. 1. de Actio-
ib. 22. lit. a. qui hanc Aristotelis appellationem
præter usum juris afferri disputat; eo enim ver-
L 2 bum

bum synallagmatis in delictis usurpari. Sutholt. *differ.* 12. *sb.* 53. unum se in jure locum observasse ait. ubi contractus vox delicto tribuatur, nempe *l.* 52. *de re judicat.* ubi actio rerum amotarum oriri dicitur ex male contractu: Licet tamen & plura alia loca notare: Nam in *l.* 7. *§.* 2. *d. adm.* & *peric. tut.* turores qui dolo emerint pradia non idonea male contraxisse dicuntur, adde *l.* cum tabulis. 16. *§.* 1. *sb.* *supra* in ea contrahi. de his qua ut indigni. (vide tamen *ib.* & *h.*) facit *l.* cum mancipium. 51. *princ.* *de Aedil. Edict.* *l.* 15. *de donation.* *l.* 2. *§.* 2. *de condict. ob turp. caus.* Et *l.* omnem. 20. *de judic.* quam *Wesemb.* in *Com. C. de reb. cred.* *num.* 13. & *seqq.* & *Cujac.* in *recit.* *ad l.* 65. *de R. V. ad tractatum feri competentis tantum pertinere, docent.*

6. Nimis autem stricta & angusta appellatio est, quando contractus *μονόπλευρος* excluduntur, & vocabulum ad *διπλεύρος* tantum restringitur: ut in *l.* 19. *de V. S.* quam significationem tum demum vox ista habet quando actis & gestis opponitur: ut in materia restitutionis, de qua *Vlpian.* in *lib.* 11. ad *Edictum* egit. *Dn. D. Meier.* *ad §.* ult. *l.* *de Obligat.* 9. *disp.* *Wesemb.* 7. *quest.* 1.

7. Synonyma hæc traduntur: (1.) conventio (2.) *Commercium.* *l.* 5. *ubi gl.* in *verb. commercium.* *de just. & jur.* Sed illa appellatio ita generalis est, ut non nisi cum voce contractus generaliss. sumta possit commutari. Vox autem commercii potius jus contrahendi, quam contractum denotare videtur. *l.* *si in emtione.* 34. *§.* 1. *de contrah. empt.* *Wesemb.* in *comm. C. de reb. cred.* *num.* 4.

De voce

Devoce synallagmatis quæ (3.) etiam pro contractu usurpatur *Cujac. ad rubr. tit. de V. O. vide Sutbolt. d. dissert. 12. th. 35. Wesemb. de pact. n. 2. 4. 9. Gædd. c. 1. de contr. stip. n. 30.*

8. Quod tandem ad paronyma & conjugata attinet, illud saltem notamus, non de omnibus, quæ contrahi dicuntur, contractus verbum propriè prædicari: Nam & nuptiæ contrahi dicuntur, *ut infra d.* & cognatio & affinitas *l. 12. §. ult. de R. N.* quæ tamen contractus ideò non sunt, *ut postea ostendemus.*

INDEX.

Regula enim de coniugatis hanc vel maximè patitur restrictionem, nisi inter conjugata aliqua incidat sermonis ambiguitas: Alias enim & invidia esset contractus, quoniam & illam boni plerumque viri dicuntur contrahere. *Vid. Sutbolt. de Ictione th. 116. Bacho §. 1. disput. 3. th. 1. a. & in comment. de Jurisd. pr. conf. l. ult. de publ. jud. & d. disp. ult.*

9. His ita prælibatis, contractus propriè (h. e. remota latiore & strictiore significatione) dictus, nobis erit: Conventio cum causa (*Vult. x. I. R. cap. 30. adde seqq.*) obligationem efficacem suapte vi producens, è *Bocer. ad l. 23. de R. L.* & simplicius: conventio quæ in se habet negotium bonis moribus conveniens, unde actionem dari justum &

L 3 æquum

requum visum fuit. *Dn. D. Meier ad §. ult. l. de obligat.*

index.

Sunt qui nullam in jure contractus definitionem extare arbitrantur, (quod nescio an recte plerisque omnibus interpretibus tribuat *Dn. Kosp-schild. Exercit. 1. de contractibus quest. 1.*) sunt qui nullam idoneam hactenus datam fuisse contendunt; *Bachov. comment. de pact. p. 567. ubi inter alias etiam Cujacij, Donelli & Susholts dissert. 12. th. 47. descriptiones refutat: Ipse autem nihil melius substituit.* Nos tamen eam quæ in *l. 15. de prescript. verb.* suggeritur, satis commodam esse, defendemus. *Alias examinat Wesemb. in d. comment. C. de reb. cred. n. 8. & seqq.*

10. Contractuum autem duce Justiniano, in elementaria tractatione cognoscenda sunt & genera & personæ: Illa ut varias earum formas & figuras discernere discamus; Hæ, ut quæ personæ suo vel alieno nomine contractus celebrare queant, perspiciamus, *similis tractandi ratio fuit in acquisitione juris in re: v. part. 2. th. 18.*

index.

Perezus lib. 3. Instit. tit. 14. pag. 281. hic etiam substantialia, naturalia & accidentalia contractuum explicanda esse putat; quæ *Bl. Salyc. & alii Interpp.* pro partibus contractuum induxere; Alii præter hæc tria requisita, quarto loco considerant ea, quæ solennia contractuum vocant, *Pacius tr. de contractibus num. 7.* de quibus licet superiore sectione dictum sit, quantum sc. ad disputationem de pactis adiectis proficiebat; tamen ratione methodi, & ut *Wesembecii ac C. A.*
termi-

terminos, cum his conciliemus, hic addendum prout
 tavimus, posse ea requisita distingui in interna &
 externa: *Illa* pertinent vel ad materiam, quae est
 v. c. in E. V. merx & pretium; vel ad formam *vid.*
Wesemb. in Comment. C. de reb. cred. n. 33. quae vel
 est nativa & quasi connata contractui, ut in E.
 V. consensus in mercen; & pretium: *Vel a L. indis a*
 ut cum aliquando in E. V. decretum requiritur:
l. 1. de reb. eorum Externa sunt quae a re abesse
 possunt salva contractus substantia, & sunt vel na-
 turalia vel accidentalia, *Naturalia* vocantur, quae
 contractui, si expressa non sint, tacite insunt, sed
 ita; ut pacto contrahentium mutari vel tolli possint,
 salva contractus substantia; Ita evictionis obliga-
 tio naturaliter & tacite inest emptioni *l. 1. §. 1. C.*
in primis, de A. E. *Accidentalibus* sunt, quae contra-
 ctui praeter substantiam & naturam, pacto acce-
 dunt, ut praestatio culpa in deposito. *l. 1. §. si con-*
venit depositi. Pacius d. tr. c. 3. l. 7. Exemplum de
 mutuo discutitur eleganter apud Bellonum *1. sup-*
putat. §. aliorum contractuum, apud Mozzium
in tr. de contract. tit. qua Wesemb. C. A. uti d.
per causas internas, propria C. ad finia discer-
nunt. Aliter Hillig. 15, D. E. c. 1,

11. Quod ad genera obligationum ex
 contractu, distinguuntur contractus, in ve-
 ros & quasi contractus. Consensus enim
 cum causa vel verè conjungitur atq; inter-
 cedit, ut in contractibus veris & propriis.
v. Hillig. 14. D. E. 16. lit. c. in fin. vel praesumpti-
 vè, per legis fictionem & interpretationem,
 ut in impropriis & quasi contractibus,

exterior,

Consimilis est distinctio, neque tamen ead.

68.
quæ sect. super. th. 25. tradita fuit, de obligationibus ex jurejur. rejudicata &c. Ibi enim per præsumptionem inducitur aut supponitur ratio æquitatis; Hic autem contractibus nominatim & specialiter ita dictis, consensus per juris interpretationem attribuitur.

12. Hinc veri contractus à *Vult.* definiuntur *d. lib. 1. cap. 30.* in quibus utriusque contrahentium consensus vere & ab initio interponitur: Impropii seu quasi contractus, in quibus consensus verè & ab initio interpositus non est, sed ex legis præsumptione pro interposito habetur.

13. Contractus veri iterum vel nominati sunt, vel innominati. *v. l. 7. §. 1. & seqq. de pact.* Illi à nomine & forma certis, certi etiã dicuntur: *Diss. Bachov. de pact. p. 570. n. 7.* Hi a. quòd formã specialem & proprium nomen non habeant, incerti nuncupantur. *v. l. 1. §. 6. de const. pecun. l. 18. de acceptil. Vultei. d. c. 30. Wesem. & C. A. de estimator. & tit. seqq.*

ENDORS.

Exerrat ab hac doctrina accuratiss. Sutholt. *dissert. 12. th. pen.* qui nominatos demum subdividit in veros & quasi contractus: quod si idè facit, ut innominatos (de quibus *th. 41. & seqq.* iam dixerat) à consortio verorum contractuum excludat, haut dubie labitur. *v. Bachov. 1. dissert. Tr. 22. th. 1. a. ibi: minus rectè, quia hic contractus proprius est.* Sunt enim hi contractus adèò veri, ut nonnulli eos demum ex capite realium contra-

contractuum arceffant, docentes : quod in iis
 præcipuè contractibus, qui re perficiuntur, occur-
 rat duplex ista differentia, quod alii sint nomi-
 nati, qui cum reliquis consimilibus speciali no-
 mine demonstrari possint, alii innominati, v. e.
 do ut des. *Dn. D. Locam. disput. solenni de causis
 actionum. tb 90.* Porro originem & causam di-
 stinctionis istius ingeniosis traditionibus decla-
 rare post veteres, Connanus, Cujac. Donellus,
*conf. Baehov. comment. de pact. rubr. de contractu
 pag. 566. nu. 3.* quibus ut in re obscura, licet multa
 obiici possint, probabiliter tamen defenditur, di-
 stinctionem natam (1.) ab utilitate, ob quam alii
 contractus præ aliis magis fuere frequentati, (2.)
 frequentatio ista haut dubiè nomen etiam fami-
 liarissimum reddidit civibus: ac inde (3.) idem le-
 gibus quoque receptum, expositum, commen-
 datum, *fac. §. 41. l. de R. D. l. 33. de Aedilit. Edict.
 adde omnino Wes. de condi. caus. dat. caus. non
 secut. quem hætenus tuto videris, non obstante
 acutissimi olim Baehovij languescente præiudicio,
 qui nihil sani eo in titulo tradi annotavit.* Vnde
 (4.) nata severa fori disciplina, ut nulla actio pos-
 set institui, nisi certo & speciali nomine expres-
 so. *l. ult. C. de Interd. Wesemb. de pact. nu. 9. p. 190.*
B. In contractibus innominatis ut vaga forma,
 inconstans & multis communis; ita generalibus
 quoque appellationibus permessa est, quamob-
 rem necessum fuit ut prætor succurreret & con-
 ceptas in factum agendi formulas præscriberet.
*Wesemb. de pact. d. loc. conf. omnino Hortensium in
 tit. de præscript. Verb. m. pag. 33. Et seqq. Cujac. A.
 Fab. Pac. Et reliq. comm. ad l. 7. de pact.*

14. Nominati sunt, qui causam
 continent jure circumscriptam &

L 5 defi.

definitam, atque hinc eleganti nomine proprio designantur.

videtur.

Schefferus *lib. 2. Dicaopadia cap. 4.* contractum nominatum definit, negotium obligatorium, proprio nomine ex legibus definitum, pœnitentiam excludens: sed quia differentia ista, qua contractus nominati pœnitentiam excludere, *per l. sicut. 5. C. de O. & A. l. 17. §. sicut. 3. Commodati.* innominati admittere dicuntur, *l. 5. de cond. caus. dat.* (ut de genere nihil dicamus) notabilis quidem, sed non perpetua est: cum ex nominatis etiam societas, mandatum & depositum, *§. gl. in l. 5. de condit. caus. dat. & ibi Wesemb. in Comment. Cod. num. 34.* pœnitentiam admittant. *§. Wegner. dissert. Inst. 10. tit. 3. lit. a. Gædd. de contract. & committ. stipul. c. 1. n. 51. Hunn. var. resolut. sr. 2. q. 3. pag. 822.* præstat in qualicumque descriptione Vultei acquiescere.

15. Innominati sunt qui negotium quidem civile continent, sed generale, nec certis limitibus definitum, unde & nomine proprio destituuntur,

videtur.

Descriptiones istæ ex oppositione quam optime declarantur: nimirum nominati speciali ac proprio nomine demonstrantur, ut ex solo etiam nomine quales sint, intelligi possit: v. c. si res aliqua gratis utenda alteri concedatur, ut eadem in specie post expletum usum restituatur, uno verbo & quidem appropriato dicetur commodatum. E contrario innominati vel generali aliquo verbo indicandi, vel certè pluribus assumptis & factum ipsum naturaliter describentibus declarandi sunt. *Dr. D. Locamer. d. dissert. de caus. actionum.*

NUM.

num. ch. 90. Quo loco illorum innovandi libido
 examinanda est, qui contractus innominatos
 ante dationem aut factum, ex nuda conventionione
 obligationem de jure civili parere commentan-
 tur: Cum tamen vel ex principiis hactenus per-
 textis ad oculos liquere possit, contractus istos
 pendere ex causa à qua inceperunt, id est da-
 tione aliqua vel facto; & ab ista causa nomine ge-
 nerali appellari, magis quàm à consensu vel con-
 ventione; E.g. do ut des, ideo contractus est, quia
 præter conventionem cœpit res à datione: h. e.
 conventioni accessit datio. Et ut rectè Cuiac. *lib.*
30. qq. Papin. ad l. 72. de contrah. emt. si illud tan-
 tum dictum fuerit, dabo ut des, pactum nudum
 erit: si v. ceperò dare, tum desinit esse pactum &
 fit contractus. Huic certissimæ juris sententiæ
 obloquitur Iacob, Mæstertius *lib. 1. de just. Rom.*
leg. cap. 3. num. 2. eique opponit istud paradoxum;
 contractus innominatos ante ullam dationem
 aut factum, solo conventionis jure obligationem
 parere & n. 13. innominatos contractus non mi-
 nus jure conventionis obligationem parere, quàm
 nominatos, quod probat per text. in *l. dedi tibi*
3. §. quini mo. 4. de condict. caus. dat. ubi dicitur ob-
ligationem nasci, etiamsi nihil datum sit, sed con-
generit saltē & promissum sit, datum iri: Resp.
A. Faber d. §. à manu Tribon. esse purat, neque
eam defendi posse eius articuli sententiam; Re-
vera enim hic nullum subesse contractum, sed
nudi pacti conventionem hanc censendam esse,
quia contractibus innominatis omnibus com-
mune illud sit, ut à datione vel facto semper in-
cipiant, nunquam à conventionē. Vid. eund. latè
in Rational. ad d. l. 3. §. 4. Vers. quini mo. et si nihil
tibi dedi. Sed hæc respondendi ratio nimis vio-
lenta est, Hortens. qui de industria innoxiosè &
tegere subtilitates suas videtur, Ita de hoc na-
do decernit: in tit. de præscript. Sverbi l. 5. §. at cum

163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200

do. pag. 74. eum qui primus fecerit, agere posse
 ut detur, non ideo, quod faciendi aut manumit-
 tendi causa idonea sit perinde actioni, qua agas
 me dare oportere: Sed quod ex conventionione &
 pacto formetur contractus incertus & ex eo di-
 recta actio: formata v. actione, postea non inter-
 esse, quo ordine exhibeatur fides pacto, fiatne
 priusquam detur, an contra: Neque tamen
 aliud initium esse contractus, quod sit à conven-
 tionione, aliud obligationis ex contractu, quod sit
 à re tradita: sed postquam res secuta est, obliga-
 tionem retrahi & referri ad tempus conventio-
 nis. *l. posterior. 11. Qui prior. in pign. l. 3. de contrab.*
omr. Clarius eand. Resp. concipit Cuiac. *in recit.*
ad p. l. 5. §. at cum do. de P. V. pag. 911. Semper, in-
 quiens, spectandam esse rationem initii conven-
 tionis, non ordinem explendæ fidei: nec enim
 idè mutari formam conventionis, licet tu
 prior facias, sc. manumittas, manere enim con-
 tractum do ut facias, ideoq; dari conditionem
 generaliter acceptam, h. e. actionē in personam
 præscriptis verbis, quæ & incerti cōdictio dicitur.
l. duo. §. ult. de precar. & certi, si convenerit, ut pe-
cunia detur. l. certi de reb. cred. §. C. A. de reb. cre-
dit. 1b. 39. quam Resp. repetit *in recit. ad §. quod*
si faciam. p. 912. ibi: cōventiones astimantur ex ini-
tio non ex incremento, & ideo hanc conventionem,
dabunt facias, non pervertis, licet mo antevertas
in faciendo. l. si tibi polienda. 22. de P. V. Hos
 antesignanos sequuti, cum *C. I. A. de condicb.*
caus. dat. 1b. 12. nu. 1. de Prascr. Verb. 1b. 2. nu. 21.
Et 1b. 14. num. 22. tribus verbis responderimus:
 Nequaquam in isto textu conventionem nudam
 esse, sed subesse vestimentum causæ, licet una al-
 teram anteverterit. Reliqua Mæstertii argumen-
 ta, cum principium petant, studiosis in ipso con-
 siliu discutienda relinquimus.

16. Inno-

16. Innominatorū sex vulgò species recensentur: Æstimatorius, (quo sc. quis rem vendendam alteri æstimatò comisit) permutationis, Do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias *l. 5. pr. de P. V. (nec plures admittit Melafius disp. de P. V. th. 30.)* quorum duo priores ita dicuntur *ut tñ* & secundum quid, quia licet ex I. G. nomen aliquod (*præterea multa singularia v. Melas. d. lo. th. 22. unde alius anomali dicuntur. v. Du. D. Franzk. in parat. MS. de P. V.*) obtinuerint, id tamen ICle pro apto non habuit.

ex deois.

Dissentit ex parte Henning. Wegnerus *diffut. Inst. 10. th. 3. lit. a.* ubi tria tantum genera concedit contractuum innominatorum: cum articulus facio ut des causam quidem habeat, sed insufficientem ad producendam P. V. actionem. *l. 5. §. 3. de P. V.* Post varias eius loci explicationes, novam suggestit Jacob. Mæstertius *d. c. 3. lib. 1. de Inst. Rom. leg. num. 13.* fingens in specie *d. §. 3.* nullam intercessisse conventionem, sed simulationem alterius, ita se gerentis, quasi vellet dare, quam primum prior fecisset: quo casu cum deficiat actio, (ob defectum conventionis) neque tamen æquum sit, quemquam ad illum modum *legificari*, solam restare actionem doli. *l. 1. §. 4. de dolo malo.* Sed vel lyris nostris notum est, articulos illos appellari ab eo quod in ipsis est præstantius, nempe à re ipsa, at interim consensum nullatenus excludi: Quemadmodum ergo non licet ita colligere in §. 2. species his verbis proponitur, cum do ut facias: Ergò in illa specie consensus non intervenit: Ita nec in §. 3, qui hunc sequitur,

quitur. *conf. princ. d. l. 5. § r. r. pass. § Cæteri*
 eomm. hunc text. prout sonat, simpliciter acci-
 piunt, & tum in assignanda differentie ratione
 laborant, cur sc. in hoc articulo, quam in cæteris,
 aliud sit. Cuiac. in recit. eam adfert, quod hic
 articulus nullam habeat similitudinem cum ali-
 quo nominatorum: Hanc refutans Hortensius
 eam substituit, quod in hoc negotio nulla subsit
 causa: factum enim non posse æquiparari datio-
 ni: *quam ferè amplectitur A. Faber in rational.*
ibid. alias cumulat Rnipschilde Exercit. 12. de con-
tractib. quæst. 3. sunt qui solutionem in verbis *de*
dolo quæruunt, eaque non formaliter de actione
 de dolo, sed materialiter interpretantur. *Vide*
C. A. in tit. de dolo. th. 88. & in tit. de Pr. V. th. 15.
num. 5. conf. & Donell. de Pr. V. cap. 10. Trentler. 1.
disput. 30. th. 10. C. Nobis etiamnum placet dist.
 ex l. 15. *in f. de P. V. petita*, an aliquis dolus in ne-
 gotio manifestè arguatur, nec ne. Nam si dolus
 aliquis arguatur (ut sanè plerunque cessator do-
 lo facit,) tum ad eum corrigendum dabitur de
 dolo actio: maximè si nulla ad eum, qui dare de-
 buit, utilitas pervenit, ut nec subesse causa dici
 queat, (*ita concilio huius sententia lasom & Ba-*
cho. 1. disput. 30. th. 10. pag. 1162.) si autem dolus
 non subsit, consequens est, abscedente dolo, hoc
 casu actionem in factum competere. *A cum pro-*
ponas. 4. C. de dolo. Ita nostra facio verba Cuiac. ad
d. l. 5. § 3.

17. Sed quia de his in elementis juris
 nihil ex professo agitur, idè ad nomina-
 torum recensionem meritò transimus.

ex Deo

Subsistunt & disquirunt hic nonnulli, quam-
 obrem de contractibus innominatis & reliquis
 obligationibus supra sect. 3. memoratis, non tra-
 ctetur.

Actur in Institut. Donell. 12. comm. 12. Vult. ad pu.
 Inst. b. & alij. Respondet Wegn. d. disput. 10. rb. 2.
 Ist. A. de obligatione naturalis simplici hic non
 agi: quia hæc nuda æquitatis sit, quam nemo
 certis regulis valeat complecti. De *casu simplici*,
 idco nihil addi, quia ex mera Juris subtili-
 tate contra Juris N. principia, (quibus fundamen-
 ta nostra innituntur,) introducta sit. Innomina-
 tos autem contractus omitti, quia certam spe-
 ciem non habeant: quod confusa illa ac indige-
 sta forma, certa definitione & divisione haud
 potuerit comprehendere, Millig. ad d. loc. Donell. lit.
 A. Denique pacta legitima ideo hic non expo-
 ni, quia contractus non sint. Wegner. d. loc. seu
 ut simpliciter & summam cum Wesemb. in 2. de
 reb. cred. num. 1. dicamus: etsi diversæ causæ sint,
 ex quibus quid deberi potest veluti præter anno-
 tata: Matrimonium, ultima voluntas &c.
 tamen quia præcipue contrahendo fit, ut quid
 dari fieri oporteat, merito ante omnia de veris
 contractibus hic agitur.

18. Contractus nominati, iterum
 in quatuor genera dispescuntur, aut enim
 Re contrahuntur, aut Verbis, aut Litteris,
 aut consensu §. ult. 1. de Oblig.

ex deors.

Tametsi verò quod & infra dicit. ad omnes
 veros contractus requiritur consensus: in aliis ta-
 men ille requiritur tanquam *formale*. ut in con-
 sensualibus, quia consensu nudo constant & ab-
 solvuntur, in aliis (liceat ita loqui) consensus
 quadamrenus *materialiter* subest, quia illi pro
 complemento aliud formale habent, nimirum
 vel rei traditionem, vel verba, vel scripturam:
 consensuales autem nihil horum per se deside-
 rant

1080
rant, nisi specialiter id contrahentibus placuerit
Exemplo pr. Instit. de Empt. & Vendit. Quod si
quis hæc genera ad διχοτομίαν revocare laboret,
dicat sane cum *Donello. 12. comment. 9. & seqq.*
Contractus parere obligationē aut solo con-
sensu (ut consensuales) aut ad sui perfectio-
nem requirere aliud amplius: *repetit hoc in*
Comment. C. de reb. cred. num. 17. & vel rem (ut
reales) vel extra rem verba, (ut stipulationes) vel
Literas (ut Literarū obligatio) Aliter Schefferus
lib. 2. δικαιολογίας, c. 4. & Cuj. ad l. 19. de V. S. Porro
contractus veros & nominatos alios esse
Μονόπλευρος alios, *διπλόπλευρος*. *Μονόπλευρος*, inquit,
duo sunt: Creditum & Cautio. Creditum vel
tendit ad Dominii translationem in contra-
ctu stricti juris, mutuo: Vel non ad Dominii
translationem, sed ad usum ut in commoda-
to: vel ad custodiam ut in Deposito: vel ad
securitatem ut in Fignore: qui bonæ fidei
contractus sunt. Cautioem dicit fieri vel
verbis, ut in stipulatione, vel literis seu Chi-
rographo, ut in contractu literarum obligatio-
nis. *Διπλόπλευρος* exponit Consensuales & alios.
Sunt tamen quæ in his non immeritò desideres.

19. Nec movere quenquam debet,
quod alibi tres tantum species recensentur.
l. i. §. i. de O. & A. l. i. de Novat. t. l. §. 3. de pact.
l. 9. §. quoniam. de reb. cred. Literarum enim
obligatio ea, quatenus à Iustiniano postea
determinata fuit, Ictorum tempore non
erāt nota, vel recepta.

ἔκθεσις.

videor.

Notant hōc Dd. comm. ad tit. l. de liter Oblig.
Cujac. ad l. i. §. 1. de Obligat. ubi ait, tribus super-
rioribus Caium adieciſſe eam, qua nominibus con-
traheretur ſed per ſcripturam menſæ argentariæ,
neq; tamen eius loco repoſuiſſe iſtam qua jure no-
biſſimo in locum illius ſuceſſit: Sutholt. diſſert. 14.
th. 65. Oſſerman. in rational. ad tit. de liter oblig.
 ¶ Hanc rationē reiiciens A. Matthæi Colleg. Inſt.
 2. diſput. 8. th. 3. iſtam ſubſtituit, quod ſub ob-
 ligatione re contracta olim fuerit comprehenſa.
 l. non figura. 38. de O. & A. Et iterum in colleg. In-
 ſtit. 3. diſput. 12. th. 175. Atqui ipſe Caius tribus
 ſuperioribus adiecerat eam, quæ nominibus con-
 trahebatur per ſcripturā menſæ argentariæ. *Cujav*
d. loc. Ergo eas tanquā diverſa obligationis
 cōtrahendæ genera oppoſuit. Et alii è diverſo ad
 genera conſensualium, nominum obligationem
 malunt referre. *S. Locam. q. 286. Et quæ infra de*
th. Sane qui hodiernum tria tantum genera tra-
 dunt, ut *Althufius lib. 1. Dicolog. c. 68. n. 8.* juventu-
 tis ſtudia potius cōturbant & impediunt, quam
 ut ea promoveant.

20. Ex iſtis contractibus nominatis,
 cum Caio & Iuſtiniano realium enarratio-
 nem priore loc. ſuſcipiemus.

videor.

Abit ab hac methodo Donellus. 12. comment.
 9. ſin. eumque ſolito more ſequutus Arn. Vin-
 nius lib. 2. partit. jur. cap. 3. ſin. qui de contracti-
 bus conſensualibus, utpote ſimplicioribus, prio-
 re loco agendum eſſe, arbitrantur, indeque or-
 dinem Imp. vellicant. Sed excuſationem ſubiun-
 git ipſe in pr. I. de oblig. ex conſenſu cum indicat
 ad intelligendam contractuum conſensualium
 ſimpli-

simplicitatē præmittendos fuisse reliquos, ut per remotionem variorum in illis requisitorum, simplicitas istorum melius intelligeretur *Wes. in parat. de reb. cred. n. 3. & 5.* Facit, quod reales isti cōtractus ad modos adquirēdi dominiū propius accedere videntur, quatenus in his etiam naturalis quædam traditio requiritur, *conf Giph. in Oecon. tit. quib. mod. re contr. obl. Vultei. 1. l. R. c. 30. n. 15.*

21. Re contrahi obligatio h. l. dicitur, cum res ex conventionē tradita initium præbet obligationi. *l. 1. §. 2. de rerum permut.* qua quis ad eandē rem in genere vel specie reddendam obstringitur. *Donell. d. lib. 12. comm. 12. adhib. Vultei. d. c. 30. n. 16.*

in dicitur.

Phrasis ista, re contrahi, sive re iniri contractū h. l. idem nō materialiter sumitur, (ita enim in omni contractu, etiam *E. V. l. 8. de contrah. emt.* rem intervēnīre oportet, quemadmodum & consensus:) sed formaliter, quia scil. contractus isti præter consensum, ad formale complementum ut loquitur *Dn. D. Franz. hinc ad §. ult. l. de oblig.* insuper requirunt rei traditionem. *¶ B. Satholt. differt. 13. §. 1. & seqq.* Nec obstat, quod v. c. mutuum etiam pacto contrahi dicitur. *l. 15. de reb. cred. l. 34. mandati. & stipulatione. l. 3. §. 3. ad SC. Macedon. l. 6. §. cert. per.* Id enim singulariter ob contractus frequentiam favore quodam promovendorum postea commerciorū receptum fuit. *l. singularia. 15. de reb. cred.* Idq; tanto facilius, quia etiam citra pactum. *l. 80. de solut.* aut stipulationem, actor certi conditione uti potuisset. Certi a. conditio, ex alia licet causā, ab actione mutui effectu non distat. *Et hoc ut notatu in his principii dignum Dn. D. Meier & Dn. D. Bischoffius lauda-*

*Laudatiss. memoria antecessor. ad tit. quib. mod. re
 contrah. O. consignare. & tamen C. I. A. de reb.
 credit. th. 18. 19. & 20. & qua dicta sunt in ratio-
 nalibus ad d. l. 6. C. de reb. cred.*

22. Modorum quibus re contrahitur
 obligatio, seu contractuum realium, qua-
 tuor proprie ad hunc loc. pertinet: quintus,
 h. e. indebiti solutio, ad quasi contractus re-
 ctius refertur. v. §. 6. & 7. l. de O. qua q. ex contr.

videtur.

Dn. D. Locam. in d. disput. de caus. action. th.
 98. præter istos alios etiam contractus reales oc-
 currere scribit, puta (1.) dotis. (2.) arrhæ datio-
 nem. l. 17. C. de fid. instrum. (3.) cōtractus innomi-
 natos & (4.) don. propter nupt. §. 3. l. de donat. a.
 Don. 14. comm 1. (ubi eum sequitur Vinnius. 2. par-
 tit. 23.) Sex species contractuū realium constituit
 alibi, nempe in comment. Cod. ad rubr. de reb. cre-
 dit. n. 30. octo: quatuor illis, qui in Institutioni-
 bus habentur & mox declarabuntur, addens (1.)
 dotem. (2.) precarium. (3.) iudicatum, & (4.)
 iusiurandum. De quibus & supra nonnihil di-
 ctum est, & hocce loco adiiciendum venit. Per
 dotem intelligit Donellus, dotis restituendæ ob-
 ligationem, quam eodem modo re contrahi
 contendit, quo mutui & pignoris obligatio con-
 trahitur: Dote enim marito data, cum obligari,
 ut matrimonio soluto dotem restituat, fac. l. 23.
 de R. l. l. 1. §. 6. de pecun. constit. Resp. Iterum di-
 scernendum videtur inter dotem ipsam & modos
 dotem constituendi, vid. C. l. A. de jure dot. th. 3.
 Bacho §. 2. disput. 7. th. 1. B. Dos enim constitui-
 tur aut Datione aut Dictione; priore casu non
 tam contractus est, quam transferendi & acqui-
 rendi dominij modus. vid. Bacho §. d. disput. 7.

M 2

th. 5.

§. 5 C. Dos autē dicitur vel stipulatione vel pacto legitimo. *Vulrei 1. Jurispr. c. 20.* quorum neutrum contractibus realibus recte annumeratur. *Vid. d. Inf. de P. O. C. I. A. de jure dot. §. 10.* Eadem ferē etiā dici possūt de donatione propter nuptias (s. sponsalitia largitate, *Rittersh. p. 5. N. c. 10. n. 3.* quia & ipsa potius actus est, *Harpr. ad §. 3. l. de donat.* utpote donationis quædā species, *d. lo. utcunq; cōtractus* vocetur. *No §. 119. G. M. Steph. ib. n. 8.*) & de datione arrharū quæ adjuncta potius sunt cōtractuum v. c. Emptionis venditionis, sponsaliorū & *pr. l. de Empt. Gendit. (2.) Precarium, alii vix inter contractus ferunt, C. A. de precar. tb. 1.* tantum abest ut nominatis realibus accenseri illud patiantur: *conf. l. 8. §. 3. cum l. 14. de precario.* Alii distinguunt inter initium & progressum. *G. Bado §. 1. disput. Tr. 24. th. 5. lit. c. pag. 924.* Et successu temporis demū innominatis contractibus annumeratum fuisse docent, *Dn. D. Meier. de culpa. tb. 125 & seqq.* cum inde præscriptis verbis actio data fuerit. *l. 2. §. 2. l. 19. §. ultim. de precariis* non quidem ordinaria illā, quæ ex vulgatis quatuor articulis oritur sed quæ variis præterea casibus veluti extra ordinem accommodatur. *Bach. d. loc. & ad num. 5. parat. Wesemb. de precario.* Reliquæ species quorsum referendæ sint, supra *part. 3. sect. 3. thes. 23. & 25. schol.* est indicatum. *conf. Hillig. 24. D. E. 16. lit. B.* Denique quod innominatos attinet. de iis *d. sup. th. 13. & seqq.* Et nos hic de nominatis deliberamus. *G. Pacium in Analys. Institut. lib. 3. tit. 14.*

23. Quatuor illi sunt: Mutuum, Commodatum, depositum & pignus: de quibus (ut & de indebitis, sed per remotionem) agit in *lib. 3. Inst. tit. 15. Quib. mod. re contr.*

Tit. 15. Quibus mod. re contr. oblig. oblig.

indicos.

Distin.

Distinguuntur hi cōtractus à Vultcio 1. *Jurisspr.*
Rom. cap. 30. Et seqq. Quod vel in re spectentur
 vel extra rem. In rei inquam dominio, vel
 usu. Dominium rei in mutuo ex traditione
 transfertur in eum qui mutuo accipit: Usus
 rei in commodato in eum, cui res cōmodatur.
 Extra rem est custodia rei & eius securitas;
 Illa depositum, hæc pignus constituit. *Ita etiam*
Althuf. lib. 1. Jurisspr. c. 28. p. 292. Et seqq. qui tamen
quod in commodato dominium minus plenum
transferri ait. plane audiendus non est. Et hæc
 quidem distinctio ab effectu petita videtur; pos-
 semus etiam ab objecto distinguere hoc modo:
 Quod sint rerum vel fungibilium vel non fungi-
 bilium. *Dn. D. Franzk. in comment. ad pr. l. d. t.*
 Fungibiles sunt, quæ functionem in suo genere
 recipiunt. *l. 2. §. 1. de reb. cred. & in quibus magis*
respicimus vim ac valorem quam substantiam &
corpus. l. 1. pr. ibi: non tam ex substantia quam
ex quantitate de contrab. empr. l. 74. de legat. 2.
 Unde alterius vicem ac potestatem altera omni-
 modò explet & *Wesemb. parat. de reb. cr. nu. 11.*
 Alio synonymo, res quantitatis, res eadem in ge-
 nere: res pondere numero & mensura constantes:
 (non quod species ponderari nequeant: sed
 quia fungibilium quantitas p. n. m. veluti deter-
 minatur. *Fr. d. loc.*) Non fungibiles sunt species
 & corpora: & *Wesemb. d. loc. Cujac. ad l. 2. de reb.*
cred. p. 68. Species a. in contractus reales veniunt,
 vel accipientis tantum causa, ut in commodato;
 vel dantis, ut in deposito: vel utriusq; ut in pigno-
 re. *Franzk. ad §. 2. d. t.*

24. Mutuum dictum est, quasi
 μὲ τὸν, quod ex meo tuum fiat, *l. 2. §. 2.*
de reb. cred. ubi Wes. nu. 8.

Diff. Ant. Matthai. colleg. 1. Instit. disp. 14. §. 10. ubi originationem hanc magis scitā, quā veram vocat: Itaque præf. *Conam. 7. comm. 1.* etymon, qui ab adiecti vomutus deducit, & rationē nominis à reciprocatione, petit: Alii cum *Varrone lib. 4. de ling. lat. à Siculo μῦτρον. Ealiss Bisciola lib. 5. c. 6.* Cujac. mavult à mutando derivare. *ii. O. 37. Et in recit. ad l. 2. de reb. cred. Et in comm. ad lib. 28. Pauli. ad Edict.* ut sic à muto sit mutuus, quem adm à divido dividuus: contra quē *S. Harpr. ad pr. l. h. r. n. 6. C. L. Salmassius. lib. 1. de usuris. c. 1.* utramque rationem conjungit, ut ex *μῦτρον*, quæ sit *χάρις ἀμοιβῆς*, verbum *μολῶν*; ab hoc latinum mutare: à verbo muto mutuum, ut à pascō pascuum deducatur, *p. 12.* Loca quæ ibi adducuntur *Hesychij, Agrerij &* aliorum plerorunq; sunt à *Cujacio*, rarò nisi ubi vapulat allegato, petita. Tamen verò Grammaticæ originationes literis magis convenire possint: Rei tamen naturæ allusio illa aptissima, quamobrem & Nonnio laudatur, iniquenti: Mutuum honestius esse, quod sub amico affectu meum fiat tuum, usu temporis necessarij. *Et Boëtio in Topic. Ciceron. ibi: Quod mutuum datur, de meo fit accipientis.* Atque ideo non cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori; sed aliam tantum.

25. Et definitur, Quod sit contractus realis Stricti Juris, quo res fungibilis ea L. datur, ut ab accipiente in eodem genere quandoque restituatur. *è Vultei. 1. Jurispr. 31. Schultz in synopsis. h. eamq; ut perfectissimam laudat W. Schmucc. in comm. ad l. 2. princ. de reb. cred. Cujac. in l.*

2. de

2. *de reb. cred. pr. ita*: Mutuum est creditum quantitatis datū ea L. ut eadem quantitas reddatur non in genere sed in specie. *Vberius C. A. de reb. credit. hb. 6. & Cujac. lib. 28. Paul. ad Edict. ad t. l. 2.* Mutuum est contractus, quo hoc agitur, ut non eadem species, quæ datur: sed alia ejusdem generis, creditori quandoq; (præstituto die) reddatur.

in d. 106.

Circa vim & naturam mutui, dissentit *Excellentiss. Philologus Claudius Salmasius lib. 1. de usuris. pag. 217 & 218.* ubi in mutuo usum rei, non proprietatem, transferri statuit. Et maxime in præfat. lib. 2. ubi omnibus ICtis sequentia ænigmata obiicit, quæ idè priori loco discutienda sunt, *cū hoc principio labefactato multa alia corruant. & exempli causa l. 80. §. 5. de furt. & ibi Cujac.* (1.) Ait nullum ICtorum dixisse, mutuuum esse alienationem: Resp. (1.) Multa dixerunt ICti reipsa, quæ non dixerunt *κατὰ πρό- ρη* & iis quibus nunc doctrinæ causa utimur terminis: neque tamen illi idè reiiciendi sunt, si naturæ rerum tractatarū & analogiæ juris congruant. *& sect. 3. schol. 38.* (2.) Meliore jure retorquebimus: Vix ullum ICtorum dixisse, mutuuum translationem dominii non continere. *& tamen P. Gregor. part. 21. syntagm. cap. 1. n. 4. (ibi: utendi modum sine translatione dominij fuisse mutuuum & commodatum.) sibi contrarium lib. 22. c. 2. n. 1. & ult. ubi concedit in mutuo dominium transire.* (3.) parū, credo, me effecturum; si producam textum *l. 2. §. 2. & 4. de reb. cred. l. 15. cod. l. 34. Man-*

dari. Quamquam omnes Icti id illis locis dici uno quasi ore docent: addam ergo verba concepta in l. 1. de liberat. leg. l. pen. de reb. cred. ubi Africanus diserto dicit, pecunias per creditum esse alienatas. Vid. Cujac. tr. 8. ad African. ubi pag. 1119. hoc porisma ex illa lege elicit: Mutuum esse speciem alienationis. Et quid quæso aliud est quod in l. 3. §. 2. de condit. caus. dat. l. 18. de reb. cred. l. 3. de O. & A. atq. alibi mutuans dicitur dare, & nummos facere accipientis, quam ut intelligatur alienare. l. nō videtur. 167. (al. 127.) de R. I. & dominium transferre, Wesemb. x. de reb. cred. num. 12. Cur item casus aliquot enixè exciperent Icti, nisi regulariter dominium in mutuo transferretur, §. l. 13. §. 1. l. 12. 19. §. pass. de reb. cred. conf. l. 31. Locati, ubi in creditū utrum fuisse, (appellatione stricte sumta) & rem dominus mansisse, sunt opposita. Obi, (2.) Si mutuum alienatio, non erit donatio: Resp. desiderabunt Logici rationem connexionis: Ego dicam donationem pro pacto sumtā convenire cum mutuo in genere; differre forma & fine: In donatione enim id agitur ut nihil reddatur. Cujac. ad l. 2. de reb. cred. pag. 689. vel ut idem in comment. ad l. 18. de reb. cred. Mutuum magis dotationi assimilari posse, quam donationi. Est enim *ἀναιόδος* ut ait Arist. 4. Topic. Mutuum est creditum solubile; donatio est creditum insolubile. Seneca 4. de benef. cap. 12. Vers. dicitur. ex causa inquam mutui transfertur dominium revocabiliter; ex causa donationis irrevocabiliter. Barbos, in nar. ad Wesemb. de reb. cred. num. 12. & totidem ferè verbis ipse Salmaf. sui obitua 1. de usur. cap. 5. pag. 109. In donatione & numeratione transfertur dominium ad eum cui donatur; in mutuo fit accipientis, ut tamen post certum tempus ad dantem revertatur. Obi. (3.) Si mutuum ponitur inter alienandi modos, necesse erit

erit & repant inter acquirendi domini generas.
 At inter sex modos acquirendi, quos Vlpianus
 enumerat (manicipationem, traditionem, usucapionem,
 cessionem, adjudicationem, legem) non comprehenditur
 mutuum, *lib. 1. pag. 216.* Resp. Confundit vir Nobilissimus id, quod nostri
 studiosi accuratè vel ex *Trentlerq suo. 2. disp. 20. tit. 2.*
 norunt distinguere, causas & titulos, tum modis
 acquirendi & constituendi domini, *6. l. nunquam. 31. de A. R. D.* sive causam proximam &
 remotam: quanquã autem hæc in nonnullis modis
 innexa sunt & implicata. *Bachov. ad Trent. l. d. loc.*
 tamen revera differunt, *vid. Rumer. decad. 9. quest.*
 Quo loco tamen advertendum est: contractus domini
 translativos non idèò dici quod ad substantiam domini
 transferendi pertineant: sed quia pertinent ad probationem
 voluntatis transferendi domini. In his enim id agitur, ut
 rem tradendo dominium transferatur, *ita loquitur Donell. in l. 1. C. de condic. indeb. nu. 45. (4.)*
 Deducit Dd. nostros velut ad absurdum; sequeretur,
 inquit, ex communi assertione, quod Ecclesiæ, quibus
 sua quocunque modo alienare vetitum est, non possint
 mutuum sub usuris dare, si inter alienandi species
 mutuo esset locus. Resp. Nec possunt sanè Ecclesiarum
 prælati sine scitu superioris & solennibus quæ in
 Ecclesiasticis alienationibus aliis requiruntur, mutuum
 dare pecuniam. *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. ubi tantum locatomes excipiuntur: cap. nulli extr. eod. ubi Vallens. in parat. num. 4.* Et secus facientes
 mortaliter peccare statuunt *Archid. & Dd. in c. que Christi. 12. quest. 2.* Qua in re tamen aliqui
 dissentiant: rationem tamen aliunde petunt: nempe
 quod pecunia res talis sit, quæ servanda servari
 commodè non possit, *6. Wesemb. C. si cert. petat. 2. 11. (5.)* Urget nomina debitoris, æris alieni &c.

M s

quæ

quæ omnia arguant dominium non transferri:
 alludit autem haud dubiè ad *l. 213. §. æs alienum
 de V.S.* fortius inferre poterat ex *l. 44. de condit.
 indeb.* ubi creditor, cui solvitur suum recipere
 dicitur. Resp. Tametsi verò argumentum ab ap-
 pellatione levis momenti est, & *Tim. Faber. diff.
 Inst. 22. ih 7. conf. Senec. epist. 83. ibi: ambiguitate
 Verbi quasi sit locum fraudi, quod faciendum
 non est ubi Veritas quaeritur:* quanquam etiam
 per se patet appellationes istas, non ad pecuniam
 numerato datam, sed ad genus restituendum re-
 ferri. (Æs enim alienum dicitur, quia genus
 reddendum est: Idem autem suum rectè dicitur,
 quia liberrimè dispositioni mutuo sumentis sub-
 jacer, eidemque non alii perit: qui effectus sunt
 domini proprii & non inficiandi. *C. I. A. de A. R.
 D. ib. 65.*) Sciendum tamen & hoc est, meum &
 tuum latius hic accipi, ut non tantum Ius in re,
 sed & jus ad rē vox complectatur: *l. meorum. 91. l.
 is apud. 149. de V.S. l. cum sua. 71. & l. seq. l. suos.
 73. de leg. 3.* Vnde etiā dicimus æs alienum meum,
 quod ego alii debeo, & æs alienum tuum, quod
 tu alii debes. *Cic. pro Roscio & VI. Verrin.* Planif-
 sime Seneca, de remediis fortuitorum: Æs ali-
 enum meum novi, hoc equidem cum creditore
 contraxi &c. Nihil ergo ex ejusmodi phrasibus
 contra domini translationem solide colligitur.
*Ad l. 44. Resp. Gæddon in l. 91. n. 3. de V.S. Adde
 quod IC. in l. 1. de liberat. legat. Debitorem eius rei,
 quam debet, dominum, cōceptissimè Verbis Vocat.*
 (6.) Pergit: pro suis rebus nemo usuras solvit;
 pro pecunia mutuo data debitor solvit. Resp.
 Maior haud dubiè petita est è Seneca *lib. 7. de be-
 nef. cap. 4.* ubi hoc argumentum contra sapien-
 tes inducitur, qui omnia sua esse credunt. Verum
 Resp. ipse Seneca *cap. 5. & seqq.* nequaquam hoc
 absurdum fieri si diversus considerandi modus
 distin-

distinguat: genus enim tuum est, species meæ
sunt. Quid quod non utiles tantum domini, sed
& directi de rebus suis varia præstant munera,
onera, census, redditus: in recognitionem, sc. Iu-
ris alterius: Ita etiam usuras pendimus in com-
pensationem beneficii accepti. Nec ex mutuo
per se usuræ debentur; sed ex nova obligatione:
quod quanquam ille etiam impugnare conetur,
ex principiis tamen juris nostri certum est. *l. Usu-
ra. 121. de V. S. C. I. A. de reb. credit. 1h. 31. C. 22.*
(7.) Sed provocat vir doctiss. (ne scil. φιλοκαρπίας
queat insimulari) ad auctoritatem Veterum Icto-
rum, qui Emphyteusin alienationem esse hoc co-
dem argumento negarint, quod de re Emphyteu-
tica pensio esset solvenda. Resp. Imò contraria
potius negandi ratio fuit, quod sc. animadverte-
rent dominium verum in emphyteutā non trans-
ire, sed penes eum qui rem tradit fruendam ma-
nere. *text. in l. 1. S. 1. ibi: Quamvis non efficiantur
domini. si ager Vectigal.* (8.) Quæ postea argu-
menta ex *Paulo* & *Theoph.* affert, quod sc. pecu-
nia credita mea, id est creditoris, dicatur: Ea jam
tum n. s. elisimus, ut toties repetere pigeat. Nam
utrumque verum est diverso respectu & καὶ ἕκασ-
τοι ἄλλο: pecunia credita fit debitoris, quia is
eam consumere & perdere potest: & planè res
eius est periculi: dicitur etiam Creditoris, pro-
pter obligationem quam numerando sibi acqui-
sit, ut debitor illi tantundem, non idem tenea-
tur restituere. Et ut finem contentionis facia-
mus, experiamur quid ad hoc argumentum re-
spondens sit, pro Dn. Salmasio, aliquis progym-
nastiorū; si ita concluderimus: Illud dicitur suum
esse, quod potest vindicari: pecunia quæ alteri
credita est, non potest vindicari. E. non est Sua.
Totus Syllogismus est I Cti in *l. Quintus Mutim.*
27. S. 2. de aur. & argens, leg. (9.) Nec acquie-
scit

scit tamen ille sed porro ita argumentatur: Res
 aliena testamento non rectè relinquitur: Libera-
 tio debiti testamento relinquitur. E. Non alie-
 nam sed propriam rem relinquit creditor idem-
 que testator, cum debitorem suum liberat. Resp.
 Veror autem ne quis dupondiorum nostrorum
 suspicetur committi in hoc argumento ignora-
 tionem Elenchi, aut cumulari quatuor terminos:
 Sciunt enim distinguendum esse inter relictio-
 nem rei alienæ, quæ sit titulo singulari atque per
 legatum: Et eam quæ sit universali modo h. e.
 per heredis institutionem: Hanc non procede-
 re in re aliena; sed bene illam. *l. cum rem. Cod. de
 Legat. Wesemb. x. qui testam. fac. poss. n. 9. C. de
 hered. instit. num. 5.* Atqui minor tantum loqui-
 tur de tit, singulari & legato. De quo maior pro-
 positio perperam negativè concepta est. (2.) Re-
 gerent; Liberatione legata non rem ipsam quæ
 mutuo data sit legari, sed jus repetendæ pecu-
 niz, & agendi adversus heredem ex testamento,
l. 3. §. 3. de liberat. legat. (3.) Denique vim col-
 lectionis refutasse ICtum perhibebunt *in l. 1. d. t.*
 ubi, (quod supra notatum inviti hic repetimus)
 ICtus non attenda hac ratiocinatione ita con-
 cludit: Omnibus debitoribus ea quæ debent re-
 ctè legantur, licet domini eorum (debitorum, seu
 nummorum mutuo datorum) sint. Et *in l. 34.*
ibi: Quod ei deberetur pondum est illius factum.
 Id enim quod suū esset, non quod in actione ha-
 beret, legavit. *de aur. arg. leg.* Atq; idè argumen-
 tis suis ipse parum fidens Salm. (10) Paradoxum
 suum ita declarat: quod Alienationem concedat
 temporariã: neget perpetuam: Resp. Quamquam
 autem hoc temperamentum magna ex parte ca-
 lorem superioris paradoxii diluit; neque tamen
 eruditatem tollit, siquidem in mutuo domini-
 nummorum perpetuò transfertur, cum corpus
 credi-

ereditum consumatur, nec idem sed tantundem restituatur, uti nobiscum scribit, *Bachov. 1. disput. 20. rh. 13. a.* Concludimus itaque cum ICto in *l. 34. Mandati.* Mutuū rectè à re allusive dictum fuisse, quasi ex meo tuum; quia mutuū non est, nisi de meo tuum fiat. *A. Matth. fund. d. 18. rh. 10.* Quod si maximè Grammaticorum aliquis vero similia & etymo magis convenientia afferat: hæc tamen quia rei naturam eximie declarant, laudanda potius quam vituperanda sunt. *Cujac. in recit. ad l. 36. de legat. 2. ubi inter alia multa hoc exemplum commendat.*

26. Commodatum, quasi cum modo & certa utendi forma datum, est Contractus realis bonæ fidei, quo res aliqua gratis ad certū usum cuiuspiam conceditur, eo animo, ut eadem res postea in specie restituatur.

27. Depositum ex eo dictum, quod ponatur, *l. 1. depos.* (prepositione DE significationem augente, ut innuatur, rem fidei depositarij plane esse commissam. *Wesemb. depos. dum. 2. Cujac. quasi diu positum, in lib. 2. Paul. Edict. ad l. 6. depos.*) est contractus realis bonæ fidei, quo res alicui gratis custodienda committitur, eo animo, ut quodocunque libuerit deponenti, in specie restituatur.

ex dicitur.

Notant hic nonnulli inter ipsa principia, depositum tantum esse rerum mobilium, arg. *l. 1. pr. depos. D. D. Locam. de caus. action. rh. 101.* quod licet

140.
Sicut alii in dubium vocent, *Bachov. 1. disput. 26. rh. 4. fin.* regulariter tamen affirmandum est, per *not. C. 1. A. in tit. de pos. rh. 6.* Sane postquam Iure Canon. possessionū sequestratio (seu rei controversæ apud virum bonum depositio) recepta est, etiam res immobiles eo jure in depositum cadere videntur. *§. rubr. d. cap. 1. de sequestr. poss. C. A. d. loc. rh. 23.*

28. Pignus autè à pugno dictum (*l. 238. pignus de V. S.* quod manu plerumque supponatur *Wes. de pign. n. 3.*) est contractus realis bonæ fidei, quo creditori jus in re aliqua constituitur, ut de credito quandoque recipiendo securus esse queat.

Extrors.

Graviter huic sententiæ obstare videtur, quod in *l. 1. de pignor. act.* dicitur, pignus etiam nuda conventionè contrahi. *l. 66. de furt.* Quamvis enim *Bachov. lib. 1. de pignor. cap. 3. nu. 1. pag. 5.* pro nugis hanc oppositionem habeat, cum aper-tissimum sit in *d. l. 1.* non usurpari pignus pro contractu reali, sed pro jure & obligatione pignoris, *qua Accursi reddissimè explicatio sit, consent. Tim. Fab. disput. 22. d. ult.* Attamen textum inspicientibus palam fit, non agere Ictum in *d. l. 1.* de pignore constituto, sed de constituendo: nec de utroq; indistinctè sed de isto tantū: ibi: pignus contrahitur: *§ in l. 4. de pign. § hypoth. contrahitur hypotheca per pactum conventum, add. d. l. 66. de furt. § Sutholt. disput. 13. rh. 69.* distinguere videtur an pignus consideretur resp. Creditoris an resp. Debitoris: priori resp. si ad securi-

102.

Securitatem Creditorum respiciamus pignus esse
jus reale & nuda conventionem sine traditione
contrahi: posteriori & eo resp. *ut debitor soluto
credito, creditorem in solutum ad restituendum pi-
gnus cogere possit*, ad hoc inquam, requiri tradi-
tionem, & eo resp. pignus esse contractum rea-
lem. Atqui sic etiam superest dubitatio, quomo-
do, saltem priori resp. per nudam conventionem
jus reale inducatur: *Tim. Fab. disput. 22. th. ult.*
¶ Scio hic dici vocē contrahi pro constitui usur-
pari; sed tam generalis usurpatio vix convenit
oppositioni, quæ in istis textibus adhibetur. Ita-
que dist. inter originem juris & progressum. Ini-
tio enim pignus non nisi traditione constitueba-
tur, *per text. h.* quippe cum contractus iste esset
Iuris G realis, adeoque rei dationem natura sua
desideraret (cui ICLI additus modus mancipa-
tionis, quo per æs & libram dominium pignoris
in creditorem transferebatur, ea L. & conditio-
ne, ut soluta ad diem pecunia, pignus remanci-
paretur. *Paulus. 2. sent. tit. 13.*) postea Prætor u-
tilitatis causa constituit, ut pignus sine traditio-
ne aut mancipatione, nudo pacto & conventio-
ne sola constitueretur, quo se quis ad rem pigno-
ri dandam referret, idque pro supposito reali ha-
beretur, quod per relationem supponeretur. Lo-
quitur ergo ICtus *in d. l. 1. 4. C. 66.* de pacto pi-
gnoris à Prætoris confirmato, quod totam suam
substantiam & singularē vim, ius reale conferen-
di, ex Prætoris Iuris, contra regulas comm. for-
titur. *§. 7. l. de hypoth. act. ubi Ostern. in rat. Cuj.*
in recit. C. de pign. act. C. de Cond. furt. ¶ (Sane
Iure consuetudinario plerorumq; locorum à di-
spositione *d. l. 1.* recessum est. Nam in re mobili
pignoris conventio nuda, moribus plane reici
Morn. ad d. l. 1. in re v. immobili, requiri solet ma-
gistratus auctoritas, *Schultz. ad tit. de act. ion. p.*

107.
 367. *lit. C.* aliàs, ea plane invalida futura est; *sta-
 tut. Lubec. lib. 3. tit. 4. Reform. Francof. pag. 2. tit.
 17. 18.* vel saltem publico instrumento postponen-
 tur. *Ioh. Sand. lib. 3. tit. 12. de fin. 13.*) ¶ Pro di-
 versis istis pignoris constituendi modis, diversæ
 etiam actiones partim natæ partim datæ sunt.
 Nam ex contractu pignoris nata est, actio pigno-
 ratitia, quæ debitori adversus creditorem (cui de
 credito iam satisfactum est,) competit ad pignus
 una cum fructibus restituendū: *de qua est l. 1. ff. de
 pignorat. act.* Ex iure autem quod per pignoris
 constitutionē qualemcunq; (h. e. sive rei traditio-
 ne, sive nuda conventionē: *Dn. D. Locam. de caus.
 action. ch. 102.*) ipsi creditori fuit quaesita, orta
 & data est actio hypothecaria, quæ realis est &
 contra quemvis possessorem ex prætoris Iurisdic-
 tione competit: *de qua in §. 7. l. de action. ubi
 Hortens. & Franz hinc hanc actionem naturam
 esse monent. l. 4. l. 9. §. 1. de pignor. & hypoth.*

29. Et hæc de contractibus realibus
 pro modulo instituti nostri dicta sufficiant.
 Porro verbis obligatio contrahitur ex
 interrogatione & responsione, cum
 quid dari fieri ve nobis stipulamur,
textus in princ. l. hic l. 1. §. 7. de O. & A. in hoc
 contractu consensus itidem est loco mate-
 riæ; forma vero in Solenni verborum con-
 ceptione consistit. *Sutholt. d. diff. 14. n. 4.*

30. Verbis obligatur quis vel proprio
 nomine, quæ principalis obligatio, seu
 stipulatio *κατ' ἐξουχίαν* dicitur, vel alieno,
 h. e. fidejussorio nomine, *textus in l. 1. §. 8. de
 O. & A.*

106.
O. & A. pr. infr. de fidejussor. quæ obligatio
vulgo accessoria nuncupatur. vide Scheff. l. 2.
Dictionarius. cap. 8.

31. Prius de obligatione principali
seu stipulatione in se considerata: Deinde
de adjuncta fidejussione, tanquam obliga-
tione accessoria, videndum est. Nam tam-
etsi olim verborum obligationem tribus ex
causis natam fuisse tradant; ex Dictione Do-
tis; ex Iurejurando Liberti de operis Patro-
no præstandis; & denique ex stipulatione.
vid. Cajac. ad l. 1. § 7. de O. & A. è quo Pac. in
Isag. ad tit. Instit. de V. O. Imperator tamen
solum de usitatore & præcipua hoc loco
agit, quæ ex stipulatione oritur, unde per
metonymiã cõtractus ipse stipulatio à parte
potiore, Alex. Chass in parat. h. p. 134. dicitur.

32. Stipulatio ipsa consideratur, con-
suetam methodo, in consentaneis & dis-
sentaneis. Consentanea exponuntur in
genere & in specie. In genere agitur
de definitione & causis, quibus verborum
obligatio contrahitur in tit. 16 de V. O.
Definitio quæ in princ. h. t. habetur ita de-
claranda est: quod stipulatio sit contra-
ctus nominatus, (comm addunt stricti ju-
ris: Richter. disput. 7. de contract. th. 1. f. quod
tamen ad proprietatem magis quam ad essen-
tiam pertinet; ut & alterum illud, Juriscivili,

Tit. 16. De
Verb. oblig.

N

ad cau-

106.

ad causam efficientem) ex interrogatio-
ne & responsione constans, qua is,
qui interrogatur, daturū facturum-
ve se, quod interrogatur, respondet
ac promittit. Quod si quis hinc ulterius
inquirendi occasionem sumat, quomodo
scil. pactum à stipulatione distinguatur,
cum ead. verba utrique conventioni con-
gruenter aptentur, ac sicut in stipulatione,
ita & in pacto interveniat interrogatio &
responsio? Huic Resp. Cujac. *in l. 7. §. 12.*
de pact. p. m. 623 In pactis non tam respicien-
dum esse ad tractatum, quàm ad conclusio-
nem pactorum. Eundem enim utrobique
esse tractatum, sed non eandem conclu-
sionem & animum. *conf. r. amen Wes. in parat.*
de pact. n. 7. & de V. O. n. 12. ubi d. v. l. 1. §. 2. de V.
O. & Perez. h. ¶ Sunt qui stipulationem con-
tractum propriè dictum esse negant: sed
potius quandam verborum conceptionem,
ac formulam contractibus apponi solitam.
Bart. Alciat. Brechæus, Fornerius. *ad L. 19. de*
V. S. quorum rationes exponit & refutat
Gæddeus cap. 1. de contrah. & comm. stipul.
n. 22. & seqq.

33. In specie agitur de personis
stipulantibus (de quibus specialiter aliquid
annotandum fuerat) & formis atque spe-
ciebus stipulationum: *ut ita tractatio ad ma-*
tersam & formam referri posse videtur.

34. Personæ stipulantes considerantur & ratione numeri, & ratione status seu conditionis: (illa consideratio ad quantitatem, hæc ad qualitatem pertinet.) Ratione Numeri sciendum est, non singulos tantum, sed etiam duos pluresve cōjunctim eandem rem & stipulari & promittere posse; quorum illi, qui stipulantur, à re, Rei (generaliter voce sumta) v. *Chass h.* & hoc casu Rei stipulandi, hi rei promittēdi dicuntur, vid. l. 1. de duob. reis const. de quibus agitur tit. 17. de duob. reis stipul. & promitt.

Tit. 17. De duob. Reis stipulandi & promittendi.

ex deois.

Obligationis correalis hic potissimus effectus est, quod reis stipulandi omnibus & singulis res promissa in solidum debeat: & vice versa, quod omnes & singuli rei promittendi rem illam totam debeant: Id verò ita, ut tamen unius acceptione & reliqui obligationem sive actionem amittant: utque unius solutione reliqui etiam liberentur: *Dn. D. Locam. d. disput. de caus. action. sb. 105. Cujac. in Papin. ad l. 9. de duob. reis.* hoc velut in definitionem collegisse videtur, ita enim ait: Duo rei debendi sunt, qui parem obligationem in solidum susceperunt, quorum uno electo, alter liberatur. *l. 2. d. r. l. decem. 116. de V. O.* ¶ Non tamen stipulatione tantum: sed & aliis contractibus duo rei debendi possunt constitui, ut si apud duos rem deposui, pariter utriusq; fidē in solidum sequutus. *§. l. 9. de duob. reis. de jure no so, quo correes divisionis & alia habere putantur & beneficia. Wesenb. parat. d. t. n. 7. Locam. q. 289.*

35. Ratione status & conditionis is

N 2

perlo-

personarum sciendum est, non modo
 liberas personas, sed etiam servos stipu-
 lari posse: Et si enim in his, quæ ad Ius atti-
 neant, nulla eorum habeatur ratio. *l. 32. de R. J.*
neque personam aliquam sustinere vi-
deantur. §. servus. Instit. de cap. demin. v. Theo-
phil. & Borcholt. ad pr. l. de hered. quæ ab int.
Cujac. ad lib. 18. Pauli ad Edict. l. 20. de jurejur.
cujus dictum etiam supra laudavimus: part. 1.
 ut merito dubitari potterit, an contractum
 hunc Iuris Civilis possent celebrare: tamen
 quia intuitu Domini caput habent, recte
 etiam stipulantur, nam Dominus cui acqui-
 ritur, quadam juris interpretatione ipse, per
 manum servi, tanquam per *επὶ τῶν ἐπιφύκων*
 & instrumentum animatum contrahere
 fingitur, *Wesem. in τ. de stipul. serv. nu. 2.* id-
 que pro eo habetur, atque si ipse Dominus
 esset stipulatus. *l. 45. de V. O.* de hac servo-
 rum stipulatione est *tit. 18. de stipul. serv.*

*Tit. 18. De
 stipulatio-
 ne servo-
 rum.*

36. In divisione stipulationum
 quatuor proponuntur species à causa
 efficiente remota petite (quanquam etiam
 ab aliis causis divisiones formari possint, *ex-*
emplo Pac. in Isag. h.) Sunt enim aliæ Iudicia-
 les, quæ à mero Iudicis officio proficiscun-
 tur, seu quæ solius Iudicis jussu interponū-
 tur: aliæ Honorariæ i. e. Prætoriæ & Aedi-
 liticæ; quæ à mero Prætoris & Magistratus
 Officio:

189.
focio; Aliæ deniq; Convētionales, quæ
ex conventionē utriusq; partis proficiſcun-
tur; ſeu quæ nec à Prætorē, nec à Iudice ju-
bente; ſed ex libera cōtrahentium conven-
tione oriuntur. *Pac. in Ifag. h. de hac diviſione
agitur in tit. 19. de diviſ. ſtipul.*

*Tit. 19. De
diviſione
ſtipulatio-
num.*

37. Et ſic Conſentaneorum loco
vidimus, quomodo & à quibus ſtipulatio
utiliter contrahatur: Nunc Diſſentanea
etiam ſeu cōtraria & vitia ſtipulationū ſub-
iiciuntur, quibus ſtipulationes redduntur
inuſiles eaque ex materia objectiva, & ſub-
jectiva, ex forma item aliisq; cauſis retro
actis cognofci poſſunt, *v. præf. C. A. tom. 1. de
quibus eſt Tit. 20. de inutil. ſtipulat.*

*Tit. 20. De
inutilibus
ſtipulatio-*

38. Hæc de ſtipulatione principali
ac in ſe conſiderata, ſequitur accēſſo-
ria obligatio fidejuſſorum, qui alieno no-
mine promittunt. *l. 93. §. ſed etſi. de ſolut.* So-
lent enim principalibus obligationibus
aliqui accēdere, qui creditoribus interro-
gantibus ſeu ſtipulantibus reſpondent, &
principalis debitoris obligationem fide ſua
eſſe & ſubſiſtere jubent, ut creditoribus
eo diligentius cautum ſit, *de quibus in Tit.
21. de Fidejuſſoribus.* Vel brevius ex *pr. Inſt. h.*
qui pro aliis debitoribus obligantur,
ut tanto magis & diligentius credi-
toribus cautum ſit. In quibus hoc juris

*Tit. 21. De
fidejuſſ.*

est, ut regulariter quidē singuli in solidum teneantur: Veruntamen ex epistola D. Hadriani habeant beneficium divisionis & alia: *v. Wesemb. parat. de fidej. nu. 6.*

indeas.

Ad hanc speciem referunt aliqui (1.) contractum assicurationis, quo alienæ rei periculum suscipitur pro pretio aut alio interesse. post Molinam *rom. 2. rr. 2. disput. 507.* Lælium Zecham. *tr. de usuris cap. 6. nu. 2. Et seqq.* Garziam *de contractibus. cap. 39. Et al.* Vincent Filliucius *moral. 99. tr. 37. c. 1. num. 1.* Sed hæc conventio rectius videtur referri posse ad stipulationē pecuniæ trajectitiæ. *l. 5. de naut. fan. ubi v. Mornac. ad pr. d. l. assicurationis pacta longè aliter describērem. (2.)* Ad stipulationes etiam referrem contractum qui in magnis Emporiis fræquens est sponsionum, in quo duo vel plures de veritate vel eventu alicuius rei contendentes, sibi vicissim aliquid spondent, ut id eius sit, qui veritatem fuerit assecutus. Filliucius *d. tr. cap. 2.* Est enim nihil aliud, quam promissio quædam reciproca. Casp. Ant. Tessaur. *lib. 2. 99. Forens. 19. v. Besold. th. von Bettungen.*

39. Succedit tertius contrahendi modus, qui fit Literis seu scriptura aut Chi-rographo, & Est Contractus IClis nominatus, quo quis spe futuræ numerationis dato chi-rographo cōfitetur se accepisse, quod revera nō dum accepit, ex eoq; post biennium tenetur. *Knipschild ex. 7. th. 23. de quo est tit. 22. de literarum Obligationibus.*

*Tit. 22. De
Lit. Oblig.*

inde.

in literis.

Althus. in sua Iurispr. hunc inter cōtractus non fert. 1. *Dicaol. c. 68. n. 6.* contra ipsum quem allegat textum *S. ult. ibi: aut literis, de obligat.* Idem ferè sentiunt Bachovius in *comment. l. b. t. & in comm. ff. ad l. 1. de pact.* Giphanius in *Decon. lib. 17. pandect.* & Rittershus. in *comment. Inst. Vers. has summa: Vbi ait: hanc obligationem non tam literarum esse quam mutui, vel alterius negotij saltem prasumpti: Vel planius: scripturam hic non tam ad obligationem, quam ad fidem & probationem pertinere.* Neque enim scripturam quem obligare posse contra fidem veritatis, *l. 6. C. de compensat. Anton. Matthai disp. 3. fundam. jur. th. 30. contra quos vid. Wesemb. Isag. Inst. lib. 3. num. 21. Hillig. 14. D. E. 39. lit. C. Osterman. in rational. ad hunc t. st. sect. 3. schol. 23. & 25.* § Dissentiunt etiam alii, contractum hunc nimis strictè definiētes, & ad solam mutui causam restringentes, (ut post supra dictos Schneide & Harpr. Schultz. in *inst. b.*) in cōtrar. *l. 14. C. de non num. pecun. & al. text. apud Knipschild. exerc. 7. de contractib. quaest. 15.*

40. Peculiarem autem hunc esse contrahendi modum (quem *Corvell. lib. 3. juris Anglicani tit. 22. fin.* vocat obligationem literatoriam) vel hinc patet. quod his revera nihil numeratum aut datum est, itaque ex re non nascitur obligatio, sed ex literis, in quibus deberi scriptum est, idque denum post elapsum biennium: Nam intra biennium is qui scripsit (1.) conventus excipere potest, pecuniam non esse numeratam: qua exceptione opposita rejicitur onus

probandi in actorem: *l. si ex cautione. 3. C. de non. num. pecun.* isto eventu, ut si quidem actor in probatione deficiat, reus omnino absolvatur. *d. l. 3.* si vero probationem impleat, & perfidiae rei detegatur, ipse in duplum condemnetur. *Novell. 18. cap. 8. C. 1. A. de Exceptionibus. th. 62.* (2.) potest etiam is qui scripsit intra biennium literas condicere, *l. 7. cum duabus seqq. C. de non num. pecun.* post biennium vero querela ejusmodi non attenditur, adeoque debitor ex sola scriptura tenetur nisi onus probandi negativam, & nempe pecuniam sibi numeratam non esse, in se receperit, *l. 2. §. 13. C. d. t.* à qua sententia licet doctissimi viri dissideant, v. *Franzk, Exerc. 10. quest. 9. & 10.* ea tamen in praxi obtinuit. *G. Schultz, in synopsi h. p. 393.*

Excerpt.

Nupere Tribonianus etiam obelisco critico notatus est à *CL. Salmasio. de Usuris. cap. 5. p. 142.* *Verf. nunc ad obligationem qua literis &c. ibi: quam vereor ne plus vice simplici male intellexerit Tribonianus: cum eam (1.) esse dixit, qua nominibus fieri & per scripturam antiquitus dicebatur: qui (2.) perperam eam quoque qua nominibus fieret, interpretatus est de chirographaria scriptura.* Hæc Salmasius contra Tribonianum proponit: discutiamus rationes: *Alia inquit est O. quæ literis olim contrahebatur ab ea, quæ factis nominibus: Alia autem quæ nominibus fiebat, ab illa quæ chirographis fieri solebat, Min. probat: quia Cajus in Instit. cum eam quæ literis contrahitur, explicat, nihil de nominibus facien-*

faciendis interire, aut obligatione per scriptu-
 ram contrahenda: Sed delegationem illis ver-
 bis circumferbit. pag. 144. Delegare enim idem
 est quod mandare i. e. injungere i id vero scripto
 à plerisque fieri. Resp. (1.) In tota hac disp. com-
 mittitur paralogismus elenchi, aliudque impu-
 tatur Triboniano, quam is senserit. Licet enim
 sint qui contendat, hanc literarum obligatio-
 nem eandem esse, quæ olim fiebat nominibus
Pul. ej. ad § ult. l. de Oblig. num. 6. Tribonianus
 tamen hoc non dicit, sed istud saltem: Veteri-
 bus etiam quandam usitatam fuisse obligatio-
 nem per literas & scripturam, sed eam hodie in
 usu esse desuisse: Retenta autem vocabulo aliud
 genus obligationis substitutum fuisse. quod ille
 fusius exponit. (2.) Voce literarum latè accepta
 inculpatè dicemus, cum *Cujac. in recit. ad l. 9. de
 reb. cred. pag. 715.* Literis Obligationem contra-
 hi vel nominibus, vel literis strictè sumtis. No-
 minibus tum, quando vetus debitum ex causa
 Emptionis, locationis, Mandati, mutui, aut ex
 quolibet alio titulo in literarum obligationem
 facta solenni obligatione per scripturam mensæ
 transferebatur: (ut Theophilus rectè interpre-
 tatur;) cuius doctrinam confirmat *l. 6. C. Th. de
 denun. vel Edict. rescript. ita enim legendum est
 apud Briffon. lib. 19. de V. S. pag. 317. pro eo quod
 extat scriptum l. 1. de donat. lib. 2. titul. 4.* Alii
 hic disting. inter phrasin istam, nomen facere &
 nominibus cōtrahere: ut *nomen facere* sit, quam-
 cunque obligationem contrahere, adjecto ipsius
 debitoris chirographo, ad probationem tantum
 non ad obligationem. *l. 6. C. de O. Et A. l. 1. de an-
 yuis legat. l. 1. ad SC. Maced.* appellatione sumta
 à more veterum, qui nomina in ephemerides &
 tabulas accepti vel expensi referre solebant: *Re-
 gard. 3. Variet. cap. 2. At nominibus obligationem*

194.

contrahere sit, cum ipsæ tabulæ nō probationem tantum, sed obligationem producant: quod apud feneratorum & argentariorum mensas fieri solebat, propter magnum personarum illarum fidem. *Cujac. 22. obser. 4. Franz. k. exerc. 10. q. 2. num. 5.* sive autem unus hic sive distinctus modus fuerit, postea certè in desuetudinem abiit: Venit autem in usum aliud genus literarum obligationis, quæ contrahitur chirographo, quo quis absenti caverit, se mutuam pecuniam accepisse, quam non accepit; Si nempe intra cōstituta tempora exceptionem non numeratæ pecuniæ haud opposuerit. Hoc genus obligationis incognitum fuit prudentibus antiquioribus. Non illud *conf. C. l. A. de reb. cred. l. 19.* Quod (3.) *Caj. lo. attinet.* Nihil ille aliud intelligit, quam veterem istam, quam modo exposuimus nominum obligationem: Erat enim hæc species non minus fortè frequens Romæ quam stipulatio & adhibebatur æque aliis contractibus confirmandis aut transferendis debitis à persona in personam vel à re in personam. *Vide Giphon & Offerman. l. Cujac. 22. Obser. 4.* vel ut Hortensius ad h. loc. habet, hoc etiã differebat à stipulatione, quod illa tantum obligationis firmandæ causa adhiberetur: Hæc primum infirmandæ, ut deinde loco veteris minus firmæ & tutæ obligationis, firmior & tutior reponeretur: quod nescio an Glossaria Vet. innuant, quando literarum obligationem ita describunt: quod sit ἀγωγή διὰ χρημάτων συμφωνήσεως παλαιῆ χρεὺς ἢ νεωτέ, ἢ ἀγορασίαις.

41. Superest ultimum contractuum genus, eorum scil. qui consensu constant: nam ad eorum essentiam non requiritur ulla rei præsentia, non verba, nec scripturæ
 seu

seu literæ, sed solus consensus ad eorum essentiam sufficit, qui tamen super re plerunque interponitur, eaque accedente contractus cõsumatur. *Vult. l. i. R. c. 35. ubi ita eos definit; nisi satis sit simpliciter dicere: Contractus Consensuales esse, contractus Jurisg. nominatos, qui solo consensu constant & perficiuntur.*

42. De his contractibus Consensualibus seu obligationibus ex consensu descendentibus agitur in genere in tit. 23. de oblig. ex cons. Et in specie de singulis: peculiaribus titulis.

43. Sunt enim quatuor eorum species, Emtio, Venditio de qua tit. 24. Locatio, Conductio de qua tit. 25. Societas de qua tit. 26. & Mandatum de qua tit. 27.

ex deois.

Alii plures iterùm species comminiscuntur: (1.) Matrimonium seu societatem conjugalem. *per l. 22. de R. N. Althuf. l. I. Jurispr. Rom. cap. 79. P. Layman. lib. 3. Theol. moral. tr. 4. cap. 3. n. 2. Wesen. in parat. de sponsalib. nu. 1. ibi: ad contractus personarum de Rit. nupt. num. 3. ibi: ex quo & bona fidei contractus matrimonium esse judicatur. Harpr. ad §. 1. l. de P. P. nu. 52. ubi plurimas auctoritates & rationes accumulatur: quarum præcipua est, quod matrimonium contrahi & contractus dicitur. Sed rectius alii definitioni §. 1. l. de Nuptis inhærentes, matrimonium actum esse dicunt, quo vir & mulier individuz consuetudinis & societatis causa junguntur. C. I. A. de R. N. th. 25.*

Tit. 23. De Obligatio- nibus ex Consensu.

Tit. 24. De Emtione, & Venditione.

Tit. 25. De Locatione & Condu- ctione.

Tit. 26. De Societate.

Tit. 27. De Mandato.

N. th. 25. Dm. D. Riemer. 2. quest. 1. f. 27. Knipschildt. Exerc. 1. quest. 2. Bachov. ad utrumque Wesemb. lo. modo indicatum. Nec à verbo ad verbale satis firmum argumentum ducitur: ita enim & transigere, agere, pacisci &c. latius sumuntur, quàm transactio, actio, pactum. Bachov. 1. *disput. 3. d. 1. a.* sic enim agere dicitur qui excipit. *l. 1. de Except. l. 19. de probat.* Neque tamen verbo actionis exceptio ideo continetur. *l. 8. de V. S.* Nec ritè colligas; si hic servit: ergo est servus, *contra l. 4. §. 4. de statulib.* adhibe illud Senecæ in Medea *act. 2. sc. 2.* qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ; æquum licet statuerit, haut æquus fuit. Ipsæ ergò nuptiæ per se pro contractu habendæ nō sunt; neque enim amor conjugalis, vel ipse conjux in nuptiarum (si qua talis dicenda est) obligatione consistens, pecunia lui præstare potest aut debet. *l. ult. in fin. de his qui effud. vel dejec.* quod in omni obligatione & contractu propriè desideratur. *C. A. d. lo. facit l. statuliberum. 9. §. 2. ibi: Ea enim in obligatione consistunt, qua pecunia lui præstarique possunt. de statuliberis. l. 103. ibi: quia nec dari oportere intendi, nec estimatio eius præstari potest. de V. O. l. 23. de donat. int. §. 14.* Licet circa nuptias aliquis contractus versari & interponi soleat, *Riem. d. loc.* qui tamen ita differt ab ipso matrimonio ut pactū de donando & donatio. *id. ibid.* Licet etiam negotia aliqua nuptiis possint accedere, veluti dotis datio, arrhæ datio, sponsalitia largitas: quæ contractuum vocabulo quadantenus veniunt. *Novell. 119. c. 1. Ita accipe Locam. 9. 27.* § (2.) Annumerat contractibus consensualibus *Althuf. d. lib. 1. cap. 80.* etiam Adoptionem tanquam societatem (ita vocat) familiæ. Sed refutatur perspicuis textibus *in l. 1. ibi, legis actio. de offic. jurid. Alexand. l. 3. de offic. proconsul. 4. de adopt. ubi C. A. 1. b. 3. l. 3. C. eod.*

192

sed. Vnde plerique omnes adoptionem definiunt
legis actionem seu actum legitimum. Hottom.
Coraf. Conan. Vult *alleg. ab Hills. 2. D. E. 22. lit. a.*
Theophil. *ad pr. I. de adopt. in D. 101a* (quod ipsum
nomen actum sonat, ad *Roman. 8. G. 15.*) *1511 1011-*
1011 1011. Nec in contrarium nos, quæ illum
abripuit, movere debet ratio; quod adoptio utri-
usq; & adoptantis & adoptati consensum requi-
rat. *l. pen. C. ult. G. de adopt.* Separanda enim
est tractatio seu conventio de adoptando, ab ad-
optione ipsa. Cum enim adoptio quondam sta-
tus adferat mutationem §. 3. *l. de capis. dimini.*
non debet ad eam invitus quis cogi *l. neque. 24.*
de adopt. Sed voluntas non tantum adoptandi,
verum etiam eorum quorum interest, exigitur. §.
l. 39. de adopt. Quod si consequentia aliqua in
argumento esset; sequeretur non tantum ma-
trimonium, *l. 2. de R. N. quod modo refuta-*
monis; sed & emancipationem quoque contractum
esse consensuale, cum & ea consensum libero-
rum desideret. *l. 5. in f. C. de Emancip. liber. Non*
vell. 89. cap. 11. quod tamen nec Althusius ipse ad-
misit. §. *lib. 2. Dicaolog. cap. 9.* ¶ Tertio loco
adponit Althusius donationem, *lib. 1. dicaolog.*
c. 80. quam facit contractum Iurisg. n. 2. Sed hoc
jam supra *in parte 2, th. 19. scholio* explosum est.
¶ Quarto ergo loco adfert constitutum *l. dicaol.*
84. qua in re habet *ὁμοψυχοι* ipsum Donellum.
12. comment. 10. & e veteribus nonnullos, quos *Go-*
dere licet apud Mantiscam lib. 19. de tacti. C. am-
big. convent. 111. 1. At Hottomannus *in eptom.*
de const. pecun. nu. 2. post Iason. & veteres alios,
negat constitutum esse contractum, nam utque
illud definite conventionem de eo, quod debe-
barur, in diem locumve certum solvendo. Cuiac.
in parat. ibid. Conventionem, qua quis respon-
det citra stipulationem, soluturum se, quod ipse
vel

198
vel alius debet. Licet autem hanc sententiam
variis rationibus iterum impugnet *Wesemb. in
comment. Cod. de constit. pecun. num. 4.* tamen
eid. facile respondere licet. Nam quod (1.) obi-
cit *l. 20. de judic. ubi dicitur: omnem obligatio-
nem pro contractu habendam, ex qua aliquis
obligetur; & actio nascatur.* Id ad tractatum fori
competentis ipse restringit, uti paulo ante indi-
cavimus *in scholio. sb. 5.* Certè aliud est, haberi
pro contractu: aliudque, contractum proprie di-
ctum esse. Cum revera sit pactum à prætorè con-
firmatum & generaliter dicendo, legitimum. *6.
C. A. de pact. sb. 12.* Eadem infirmitate laborat
(2.) argumentum alterum: quod sc. *Imp. in l. 2.
C. d. r. parem tribuat cōstituto dignitatem quam
stipulationi.* Siquidem voces, *non absimilis*, sta-
tim aliquam diversitatem subindicant: pactum
enim hoc non tam sua natura, quam ex speciali
prætoris confirmatione substantiam capiat *ut in
simili loquitur Imp. in §. 7. l. de Action. Perez. in
parat. Cod. d. r. num. 1.* quæ causa huius actio-
nis haut dubie proxima & immediata est: *Bachov. disput. 8 de actionibus sb. 3. lit. C.* Quan-
quam autem causa impulsiva, ob quam prætor
specialiter constitutum ad actionem firmaverit,
nobis reddenda necessariò non sit. *per l. non o-
mnium. 20. de LL. cau. in istu. 3. dist. 4. Wesemb.
Comment. C. de inoff. testam. num. 7.* Potest ta-
men hæc forte reddi: quod constitutum sit ac-
cessio alterius obligationis, quam quis cōsti-
tuendo veluti confiteatur: *Bachov. d. loc. ut ad eò
non tam novum debitum contrahat, quam con-
tractum agnoscat & se soluturum profiteatur.
Perez. d. loc.* Eamque hodie vim tribuunt practi-
ci verbo *anheftig werden / vel auff sich nehmen /*
quod Gallis est respondere: de quo proverbial-
lem sententiam effert Cujacius *lib. 29. Pauli
ad Edictum in l. 10. §. 13. de constitut. pecun. qui*

respond paye. Græcis est ἀρρηθωμέναι: Cujac. *ibid.*
§ Addit superioribus Donellus (5.) contractum
Emphyteuticum, cuius vestigia etiam hic premit
Vinnius 2. *partit. cap. 6.* & *cap. 22. ubi tres con-*
tractus consensuales ex ICI enumerat, constitu-
tum de quo modo dictum, Emphyteusim & pactum
donationis: de quo part. 2. actum est satis. Quan-
quam autem hoc quoque in re Dd. variant, dum
aliqui negant Emphyteusim rectè contractum di-
ci, sed potius per jus definiendam esse statuunt,
argum. l. 3. §. si jus Emphyteuticum. De rebus co-
rum qu. & rationibus aliis, ut Bocerus allegatus
& refutatus ab Harprechto ad §. 3. l. Locat. nu. 14.
Alii contractum esse contendunt sed Iurifigent.
Coman. lib. 7. Comment. cap. 12. nu. 1. Coras. 1. mi-
scellan. 21. Hottom. d. §. 3. Harpr. ad d. §. 3. nu. 17.
Bachov. 1. disput. 29. th. 9. B. Alii Iuris civilis, gl.
Faber. lob. de Platea ad §. Ius autem gentium. Vers.
penè. de l. N. G. & C. l. Elbert. Leonin. in prolegom.
ad tit. C. de jure Emphyt. num. 6. & 11. Alii spe-
ciem locationis conductionis etiamnum consti-
tuunt: *Vulci. 1. Iurisp. Roman. cap. 36. n. 21. Vers.*
Locatio conductio sub tempore longo dicitur Em-
phyteusis, quod & ex convenit princ. l. 1. Cod. de jure
emphyteut. ibi: jubemus jus emphyteuticarium
neque conductionis, neque alienationis titulis esse
adjiciendum. & multo minus d. §. 3. l. Locati: ubi
naturam hujus contractus ad locatone vel incli-
nare tantum. Imp. negat. Non dubitabimus ta-
men (præmissa vocis distinctione; quod ea modo
causam constituendi, modo jus cōstitutum, mo-
do rem ipsam designet) arbitrari, hunc contra-
ctum olim quidem ad Locationem conductionem
fortè magis relatum fuisse; qua de causa
etiam ab Imp. in illo titulo; & in Codice juxta
materiam de Locato & conducto, tractatur: sed
per constitutionem Zenonis propriam quandam
& irre-

202.
& irregularem fuisse naturam sortitum, ita ut à reliquis contractibus omnibus sit discernendus. (1.) quia, ex communi sententia, non contrahitur nudo consensu, sed intercedente simul scriptura: cum gl. Donell. Obrech. Bocer. Tam. Faber d. l. 1. § 2. C. de jur. Emphyt. ubi ablatis absolutè ponuntur non tam narrativè quam dispositivè: quemadmodum & extinguitur in verbis: ἡ γῆρα φεμένοις τοῖς τούτοις συμβολαίοις: redditur dispositivè, in translatione vulg. add. l. 3. C. d. t. ibi: instrumentum emphyteuseos. Unde patet contractibus consensualibus hunc simpliciter adscribi non posse. (2.) quia dominium (quod utile vocant) ita in colonum & ut Imp. nominat in d. § 3. conductorem, transfertur ut tamen dominiū (quod directum appellatur) apud priorè dominum remaneat: quod sanè iterum peculiare ac irregulare est. §. l. 5. §. 15. Commodati. l. 19. § 3. de cast. p. eul. C. l. A. de Acquir. rer. dom. r. h. 6. num. 6. Sunt & (3.) peculiaria huius contractus adjuncta de protimesi, laudemio, canone, caducitate. d. l. 3. quæ omnia de anomolia, huius contractus testantur & eam quidem, qua talis est, ICI transcribunt: sed non æque contractibus consensualibus adjungunt. Alex. Chaffaneus in parat. h. addit (6.) hypothecam & (7.) dotis pollicitationē: de quibus suis locis dictum est. Et hæc pro defensione tituli de Obligationibus ex cōsensu sufficiant.

44. Sunt qui hos contractus etiam ad διχονομίαν revocare allaborant: v. Donell. & Vinniiū dd. locis Valtej. 1. Jurispr. Rom. t. 35. quorum curas facilius est capere & allatrare contendendo: quam superare perficiendo; quemadmodum in difficilioribus disceptationibus quidam à veteribus optare solebat: Utinam tunc facile

facile invenire vera posset, quam falsa convincere. Cujac. ad l. 30. C. de pact.

ἰνδῆσις.

Nam quod Vult. d. loc. & Wegner *diffut.* 12. *rb. 1. B.* nec non Wesemb. *in parat. Mandat. n. 1.* contractus hos ita distinguunt: quod in iis vel agatur de opera personarum, ut in societate & mandato: vel de re ipsa; ut in Emtione & Locatione: Id in hæc vitia incurrit: Quod (1.) in Locatione non solum agitur de rebus; sed etiam de opera personarum: uti fatetur ipse Wesemb. *in parat. Locati. num. 3.* & docet l. 2. 22. §. 1. l. 26. 57. §. 1. *cod. §. 4. h.* Et Locatione inita etiam agitur de quid expediendo, ut Wegnerus loquitur *ibid.* sive de faciendo. *§. C. I. A. Locati. th. 10.* (2.) Societas non tantum respicit operam personarum; sed vel maxime communicationem rerum; uti docet ipse Wesemb. *in definit. societ. at. num. 2.* & patet ex l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. l. 5. l. 7. 8. l. 67. & *pass. pro socio.* In plura lōgè vitia incurrit partitio Egenolphi l. 3. *Anal. tit. 22. pag. 100.* Nec Alchusii divisio exceptione maior est i. *dicaalop. 74.* qui alios facit dipleuros, alios monopleuros: Illos ita subdividit, quod vel cōmutatorii sint, ut E. V. Locat. *conduct.* vel Koinopractici; ut societas: Monopleuris accenset Mandatum. Primus enim terminus communis est omnibus contractibus: sunt enim omnes *συναλλάκτοι.* Wesemb. *parat. de l. §. I. num. 13.* Alter est inusitatus. Tertius falsus: & Wesemb. *parat. mandat. n. 8.* § Schefferi etiam insubida est *διὰ διῶσις* cum *lib. 2. Juriss. cap. 10.* *συναλλάγματι* & *διωλίονα* obligationem dispescit in perpetuam & temporalem. Illam constituere matrimonium & adoptionem: Hanc alias in partiter fieri, ut in donatione & mandato: alias partiter, ut in E. V. locatione. conductione & societate.

cietate. vbi quot verba, tot dubia ! Quid ergo? Sane si ordinem Imp. more aliorum conturbare integrum & nobis foret, diceremus contractuum consensualium alios dominii translativos esse, alios non esse : Verum quia nobis hoc non permittimus, videamus, si retenta Imp. dispositione sic liceat: Contractus consensuales, vel sunt gratuiti, vel minus gratuiti §. ult. l. Locati. Hi versantur vel circa res tantum, vel circa res & operas simul: Circa res tantum earumq; dominium acquirendum, Emptio Venditio: Circa utrasque occupantur Locatio. Conductio & Societas, sed diversimodè: in priorem enim contractum veniunt res vel operæ usus obtinendi gratia: in posteriorem lucri communicandi aut participandi caus. sed de his alibi accuratius cogitabimus.

45. Ex his Contr. primus est, Emptionis & venditionis, ab emèdo vendèdo appellatus (quorū illud dicitur quasi è meo tuū facio; sive ab ἐμὸν, Conna. 7. com. 6. védo, quasi venūdo, quod res traditione veniat ad emtorem, hinc venū ire & contractus venire. Donel. 13. comm. 1.) qui definitur à Setzerò *in parat. Instit.* quod sit contractus consensualis, quo pretium certum datur pro re habenda: *consent. C. A. de contrab. emt. th. 3.* Adjicit Egenolphus, *d. lib. 3. Analyt. tit. 24.* & venditor obligatur ad rem tradendam, ejusq; aut transferendum dominium (addere debebat, aut usucapièdi conditionem) & ad præstandam evictionem: sed hæc ad naturalia pertinent, De isto autem contractu est tit. 24.

Tit. 24. De
 Emptione
 & Vendit.

Vin.

Vincentius Filliucius *quæst. moral. tractat. 37. cap. 3.* tanquam Emptionis speciem inducit contractum, quem vocat, sortium, quo aliqui jus in re quadam habentes conveniunt, ut mittantur sortes, quibus constet, quisnam illud habere debeat. Hoc contractu dicit n. 43. dominium rerum transire; quia justo contractu nempe emtionis venditionis transferatur. Hæc ille: Enimverò licet jactum retis, id est, fortunam alicuius jactus, à piscatoribus verriculum trahentibus *Vid. Valer. Max lib 4. cap. 1. l. 12. de A. E.* item indaginem, plagis à venatore positis, & alia emi solita fuisse constat. *l. 11. §. ult. d. tit. Forcatul. dial. 43.* Non tamen ideo peculiaris sortium contractus constituendus, aut fors ad E. V. tantum restringenda est: cum & in divisionibus hereditatum & aliis actibus, etiam judicialibus variæ conventiones de sortis & fortunæ judicio soleant fieri. *§. Gothof. l. ultim. pr. C. commun. de legat. & latiss. Tiraq. de jure primogen. quæst. 17.* quæ plerumque in stipulatum deducuntur. De contractu ollæ lottariæ sive fortunatæ, des; Glückhaffens / *Vid. Keller. lib. 2. de offic. Jurisdiction. cap. 23. circa f. D. Conradi Schlüsselbürgers bedenkten vom Glücktopff Vid. apud Dedeken. Col. 2. consil. p. 210. & seqq.*

46. Secundus est, Locationis conductionis (Locare est in aliquo loco ponere, *Wesemb. in parat. Locari:* & facere ut alicubi consistere liceat. *Donel. 13. comm. 6. Hopperus 4. von Davon, quod locum alicui ac sedem locator concedat:* Conducere est quasi secum ducere. *Donel. d. loc. Hopperus ibid. pro commodare sive utile esse, accipit. v. C. I. A. th. 1. Locati.*) qui definiri potest, contractus

Tit. 25. De
Loc. Cond.

consensualis, quo usus rei vel opera
hominis, mercede cōducitur: de quo
est tit. 25. *ἐπιθεσις.*

De nomine & natura hujus contractus aliquid subjicien-
dum est: Cum enim vocabula loc. cond. aliquando confundi
soleant, difficile & tamen necessarium est, ea determinare.
Cujacius noster in *Mercat. lib. 1. cap. 10.* tradit, locationem
plerumque incipere à Do; non à facio (clarius in *Papin. lib. 8. quæst. l. 1. de P. V.* Locatōr est is, qui dedit aliquid faciendum
vel fruendum: Conductor qui suscipit:) quod licet neget
Ioh. Robert. 1. *animad. 10. nu. 15.* tamen iterum adstruit Cu-
jac. *in notat. ad d. lib. 1. c. 10.* iterumq; negat Robertus, *in no-
tis ad notata Cujac. lib. 1. cap. 10. pag. 672.* Aliorum traditio-
nes & ap. *Trentl. 1. disput. 29. rh. 1. lit. h.* ubi Bachov. scribit:
Locationem esse vel rei in specie dictæ, vel personæ: (*ita clæ-
rè loquitur in notis ad Wesemb. Locati. nu. 2.*) Hoc casu eun-
dem semper esse locatorem & conductorem: artificem enim
dici conducere opus faciendum, idem operas locare. Illo ca-
su demum distinctas esse personas Locatoris & conductoris.
Nos ita distinguemus: Quia effectus locationis vel in usu rei
vel in persona conspicitur *Franzk. Exerc. 11. q. 1. nu. 1.* Ideo

Locatio erit
(*¶ Sutholt. differt. 15. rh. 35.*) vel

Rerum, ubi
retineri potest
dist. Cuj. quod
qui rem uten-
dam

Factorum, in
quibus consi-
deramus vel

Dat. (certa mercede accepta)
proprie Locator sit:

Accipit, (mercede data) con-
ductor: *Sutholt. d. lo. 0. 36.*

Operas,
indeter-
minatè
ubi qui
operam
Opus de-
termina-
tū seu à
περίληψια:
quod qui
faciendū

præstat, Locator
dicitur

Recipit, (& pecu-
niā dat) cōductor

Dat (cum certa
mercede) itid.

Locator dicitur:

Accipit (sub cer-
ta mercede) cō-
ductor. *L. 22. §. 2.*

l. 30. §. 1. Locat.

Satis de nomine; (adde *Dn. D. Locam. ad princ. l. b. s. l. B. Tim. Fabr. disput. 24. th. 5. a.*) Quod ad rem ipsam attinet, notandum ex hac digestionem, non tantum res in locationem venire, ut *Gulgo tradunt*: sed & operas; easque non hominum tantum, sed & animalium, *l. 30. §. 2. l. 9. §. 4. b. §. 0. 44.* § Deniq; ei quod diximus, locationem dominium non mutare, *l. non solet. 39. Locati*, unam addimus exceptionem è *Cuj. in notat. ad lib. 1. c. 10. Roberti, l. 31. Locat.* imò & alteram *l. 22. §. 2. eod. ut tradit Ant. Fab. in rat. decid. ad d. §. 2.* Nisi malimus dicere cum *Bachov. d. rhes. 1. l. D.* eos casus non tam esse singulares, quam irregulares & degenerantes.

47, Societas est contractus consensualis; quo res & operæ à pluribus ad commune lucrum & damnum in negotiationem conferuntur. Ali-
ter. *C. A. pro socio th. 3.* De hoc contractu est *tit. 26.*

Tit. 26. De societate.

Extr. 15.

Sed quid est, quod iste contractus in *l. 4. pro socio*, non tantum consensu, sed & re ac verbis iniri dicitur: *Donell. 13. comment. 15.* hoc ita explicat: consensum declarari vel expressè, verbis: vel tacitè, re & facto *arg. l. 95. de acq. hered.* Atque ita ferè etiam *Bart. Cujac. & Ant. Faber* in rationalibus ad *d. l. 4.* An satis aptè?

48. Mandatum (à manu, fidei symbolo, *Wesemb. Mandati num. 2.* & à more manus dandæ, *v. C. A. th. 2.*) dictum, est contractus consensualis de alicujus negotio gratis peragendo s. procurando: *Bachov. ad Wes.*

O 3

d. n. 2.

200.
laum. 2. Aliter C. A. ibid. th. 5. de quo est tit. Tit. 27. De 27. Cur autem in digestis hic contractus Mandato. lib. 17. tit. 1. & ita priore loco ante alios tractetur, in sciagraphia digestorum ostenditur. Neque enim hic nobis licet esse prolixioribus.

49. Post contractus veros & proprios, explicat Imp. improprios & quasi contractus, in quibus est conventio præsumpta cum causa naturâ suâ idonea ad obligationem producendam, Wegner. *dissert. 13. th. 1. conf. sup. th. 12.* Secundum Hottom. quasi contractus definiri poterit (paucis additis) conventio tacita, per quam inter ignorantes etiam & invitos obligatio, ex causa idonea, juris præsumptione inducitur. *de his est tit. 28.*

Tit. 28. De Obligatio- nibus qua- rum quasi ex contr. na- scuntur.

Exhibens.

Sunt qui terminum istum ægrè ferant, utcun- que enim obligatio nasci quasi ex contractu dicatur, tamen contractus aliquos, in jure quasi contractus non appellari. *Vultei. ad pr. l. h. s.* Malunt itaque vocitare contractus improprios; *idem 1. Jurispr. 42.* Sed illi ead. opera expungant necesse est seqq. etiam conceptiones, actionis ser- vianæ & quasi servianæ; possessoris & quasi posses- soris, conditionis impossibilis & quasi impossi- bilis, agnationis & quasi agnationis; quas vide defendentem Cujac. *in Papin. lib. 1. definit l. 1. de injust. rupt. irrit.* Eodem modo dicitur quasi falsum, quasi maritus, quasi dominus, &c.

50. Horum quinque *d. tit. 28.* referun- tur,

pur, quos Vultei in ordinem redigere non laboravit. i. *Iurispr.* 42. n. 4. Dn. D. Franzkius in *comm. Inst. Ms.* ita dispescuit, quod alii obligationem ex utroq; latere producant, alii ex uno tantum. *Ita etiam Wegner. disp.* 13. th. 4. Ex utroque, negotii alieni expeditio & rerum communio: Negotiorum expeditio vel est N. G. in specie dicta, vel tutelae administratio. Communio est rerum vel singularium vel universalium. Illa introducitur, cum duobus vel pluribus una res vel legata vel donata, vel alio modo quaesita est pro indiviso: Ista cum hereditas duobus vel pluribus relinquitur. Ex uno latere oritur obligatio, ex aditione hereditatis & indebiti solutione. *Hac ille in commentario publica luce dignissimo.*

Ex deors.

Experiamur, an & sic liceat, non ab effectu, sed a causis internis: Nimirum enim quasi contractum alii versantur circa res proprias, alii circa alienas. Circa istas versatur administratio, quae vel est voluntaria seu spontanea; vel necessaria: Althuf. i. *discaalog.* 92. num. 1. Illae considerantur vel ut acquisitae vel ut alienatae: Acquisitae res cernuntur vel praeter voluntatem ut in societate incidente, *L. 31. pro socio (de cuius Verbis intermedium, si a duobus simul emta res sit, vid. Vinium lib. 2. partit. jur. 19. lit. n.)* & fortuita; vel ex voluntate & destinatione. Incidunt quidam in societatem bonorum vel singularium, quae dicitur bonorum communio, vel universalium, ut familiae seu hereditatis: Certo autem iudicio,

voluntateq; acquiritur hereditas per aditionē hereditatis. Alienatas res intelligimus, quæ alteri per solutionem indebitam traditæ sunt. ¶ Cæterum sunt qui plures hic species iterum congerunt quasi contractuum, *Hottom. in comm. Inst. b. r. pr.* tres: iusiurandum, iudicatum, interrogationem in iure. *Vultei. d. c. 42.* Exhibitionem, ex qua actio ad exhibendum. *Bocerus 3. disput. 1. ib. 3.* multo plures, ut confusionem seu obscurationem finium sine culpa contractam (*Wegner. d. loc. b. 3. d.*) litis contestationem, acquisitionem rei ob turpem vel injustam causam: acquisitionem rei ex causa quidem translata, sed quæ penes accipientem jam sine causa sit: denique emtionem prædii, quod alius retrahere potest. De quibus plura dicere nunc non licet, præterquam quod his omissis, in quinario Iustiniano acquiescimus numero, cum *P. Gregor. 29. Synagm. c. 1.*

§ 1. Est autem negotiorum gestio, quasi contractus, quo quis alterius absentis negotia sine mandato utiliter gerenda suscipit. *Richter. disp. 13. de contract. tb. 2.*

§ 2. Administratio tutelæ, est quasi contractus, quo tutor ad personam & res pupilli fideliter regendas obligatur. *id. ibid.* *Althuf. 1. dicaolog. 92. num. 3. seqq.* huc refert etiam administrationem curæ: An recte? *v. §. 1. de Curatorib.*

§ 3. Rerum cōmunio *Vultei. 1. R. 1. 42. n. 2. Bocer. 3. 1. 2.* est quasi contractus, quo duo pluresve in societatem præter voluntatē incidunt, & sibi invicem ad res communes dividendas & ad personales quasdam præstationes obligantur. *Ex eod. ibid.* *exteas.*

ex dno.

Est autem uti d. rerum vel singularium vel universalium. Ex illa cōmunionē nascitur actio, quæ communi dividundo: licet enim res pro indiviso quæ sita sit v.c. ex legato, tamen agi ad divisionem potest, ne cōmuniō discordias pariat. Ex ista cōmunionē nascitur actio familiæ heriscundæ: familia enim veteribus pro hereditate inter alia sumebatur. l. 195. familia. de V. S. heriscere autem ab ἐπιζέω, dividere notabat. & Harprecht. ad §. 3. l. h. r. n. 22.

54. Hereditatis aditio est quasi contractus, quo is qui hereditatem adit, ad legata exsolvenda obligatur. Ex eod. d. loc. th. 3.

ex dno.

An etiā creditoribus ex hac causa? N. Bachov. & Neoterici comm. ad §. 5. l. h. r. idem diffut. 6. de action. th. 5. sed annon dist. inter causam remotam & propinquam?

55. Indebiti solutio est quasi contractus, quo is qui indebite solutum accepit, ad eius restitutionem obligatur. id. d. th. 3.

ex dno.

Indebitum hic intellige, quod saltem jure naturali non debetur: Nam quod naturaliter saltem debetur, si solvatur, non repetitur. l. 3. l. 64. de condit. indeb. de civili §. l. 40. d. r.

56. Expositis itaque generibus obligationum, quæ ex contractu vel quasi nascuntur, ut in se cōsideratis; postremo loco Imp. de adjunctis aliquid annectit & docet: Obligationes eas nobis acquiri, non solum per nosmetipsos, sed & per certas quas-

quasdam personas, jure vel potestatis vel possessionis, vel ususfructus nobis suppositas, de quib. in tit. 29. per quas personas nob. obligatio acquiritur.

Tit. 29. Per quas Personas Obligatio nobis acquiritur.

57. Expeditis ita Consentaneis Obligationum, postremo loco videndum est de contrariis seu modis, quibus obligatio tollitur: Cujusmodi sunt, Solutio, Acceptilatio, Novatio, Delegatio.

in deors.

P. Gregorius 21. *synagm. cap. 18.* plane *irreg. de sol.* est, quando de solutionibus, novationibus, & aliis dissolvendarum obligationum modis agit, antequam contractus, qui demum *lib. 22.* sequuntur, exposuisset: quasi vero magis obligationibus quibuscunque, quam proprie dictis ex contractu, ii solutionum modi convenirent, *Dist. 2.* horum modorum facilis est: Nimirum alius est naturalis & verus, ut solutio: alius civilis & fictus; quo obligatio vel in totum tollitur, ut acceptilatione; vel in tantum, & ita ut alia in eius locum surrogetur, ut in novatione. *conf. in sim. Oecon. ff. ad tit. de adopt. & Bachov. in com. 1. ad h. tit.*

58. Solutio est modus tollendae obligationis naturalis, quo ejus, quod debetur, praestatione, commodo loco ac tempore facta, obligatio dirimitur.

59. Acceptilatio est imaginaria solutio (*l. 1. de Accept.*) qua debitorem acceptum rogantem, Creditor acceptum ferendo, a nexu obligationis liberat. vel ita: Est verbo-

204
verborum conceptio, qua creditor debitori debitum acceptum fert & remittit, & Wegneri *disp. 13. th. 7.*

60. Novatio est modus tollendæ obligationis Civilis, quo prius debitum in aliam obligationem transfunditur. Et fit vel absque interventu novæ personæ, quæ *novatio* in specie nuncupatur; vel cum interventu novæ personæ, quæ *delegatio* dicitur & definitur, quod sit Novatio, qua debitor vice sua alium reum volenti creditori substituit. *de quib. modis est tit. 30. & ult. h. lib.*

ex h. 1.

Anton. Matth. *fund. jur. th. 120.* n. xvum, numero decimum, hinc Institut. nostris accenset, quod modi dissolvendarum obligationum exponantur prius, antequam de omni obligatione constet: nondum videlicet expositis iis, quæ ex maleficio & quasi nascantur: quæ non minus his modis solvantur, quam obligationes ex contractu vel quasi descendentes. Eaque forte de causa Vultei dissolvendæ obligationis modos, deum post tractatum delictorum absolutum subijcit *lib. 1. R. I. cap. 52.* Verum illi jam tum satisfecit, tacito licet nomine, Ostermannus in *ration. h. t.* Adde quod ipse Vultei *d. lib. 1. R. I. cap. 53.* fatetur solvendi modos aliter se habere in obligationibus conventionis, aliter circa obligationes delicti.

Et hic Imp. lib. tertium Elementorum finit.

imp. lib.

ἰσβαλήματα ὁμογίνα καὶ ὁμοιομερή.

Cum distributio chartarum, dimensionem magistri sefellerit, extemporali meditatione currenti prælo subveniendum est: Occupabit autem lacunam, ut spero utilissimè, præstationum doli culpæque consideratio, quibus contractus ipsi à se invicem quadantenus distinguuntur. *A. Matthæi. Coll. l. 3. d. 12. th. 179. & actiones, de quibus in sequentibus dicendum, veluti de novo informantur. v. Locam. d. disp. de caus. action th. 119. Non enim ex facto tatum principali, sed ex incidenti etiã actiones discernuntur. conf. §. I. vers. aliquando tamen. l. de perpet. & temp. act. l. 7. §. 1. depositi. hac de re in l. 108. §. 12. de Legat. l. 1. §. 2. & 4. Commodat. l. 23. de R. l. & locus parall. seqq. definitiones, axiomata & exempla explicantur.*

Thesis I.

Initio considerandum est, utrum in contractu aliquo utriusque contrahentis commodum vertatur, an alterutrius tantum:

ἐκ δευτέρου.

Dubitatum fuit, an huius distinctionis terminis æquiparandi essent illi, cum contractus in dileptos i. e. ultro citroque obligatorios & monoplectros id est, ex uno tantum latere obstringentes, dispescuntur. *Cujac. ad pr. l. de V. O. Gædd. ad l. 19. n. 24. de V. S. (quam distinctionē licet improbet M. Freher. 1. parerg. 16. communis tamen scholæ tuctur. & Hilliger. 12. D. E. 8. & rectè arg. pr. l. de aut. sur. l. 13. §. 24. de A. E.)* Et

Et Patius quidem utramque *διαιρέσιν* ut differentem tradit, *in tr. de contractib. cap. 5. n. 6. § 8.* & reliqui in assignandis utriusq; divisionibus non satis conveniunt: Nam Cujac. *in not. ad lib. 3. Inst. t. 22. n. 6.* pro dipleuris habet (1.) omnes contractus consensuales, (2.) omnes reales, excepto mutuo: Ita ut *μονόπλευροι* tantum relinquuntur (1.) mutuum (2.) V. O. (3.) Literar. obligatio. At diversa tradit Bachov: *comment. de part. p. 570. num. 8.* § Itaque dicemus discerni has distinctiones forsan posse, causa & effectu: siquidem ad eum ferè modum quisque obligatur etiam ad præstandū dolum vel culpam, proüt commodum & utilitas eius in contractu vertitur. Nisi quod hic amplius distinguendum est inter obligationes, quæ ab initio statim vel ex uno vel utroq; latere obligant: Et eas, quæ veluti medii generis existentes, ex post facto demum utrimque stringunt. *docete ipso Bachov. ad §. 2. l. quib. mod. contr. O. pag. 737.* strictius enim sumendo monopleuritanti sunt contractus illi, qui & initio tales sunt & semper manent; ut est mutuum, stipulatio & literarum obligatio: At aliqui origine tales cum fiat, ex post facto tamen fiunt dipleuri, ut commodatum, depositum &c. *Idem in comment. ad §. 28. l. de actiõn.* in quibus tamen unius tantum utilitas præcipue vertitur: Vnde etiam nasci solet actio, non quidem directa, sed contraria. *vid. Bachov. d. loc. de part. pag. 571.* Exempla & ulteriorem declarationem v. apud Scheffertum *lib. 2. Jurispr. cap. 4. pag. 379. cit. supr. schol. 18.*

2. Hoc posteriore casu vertitur utilitas vel solus dantis, vel solius accipientis: si solius dantis vertatur utilitas, nihil amplius alter præstare tenetur quam dolum & latam culpam (hæc enim isto loc. ferè promiscuè sumuntur.

245.
Muntur. *l. magna. 226. de V.S. Pacius d. loc. n.*
7.) Ratio cur dolus & hic præstandus sit, e-
videns est, quia sc. is nunquam debet relin-
qui impunitus. *l. 11. de doli mali & met. ex-*
cept. cur autem nihil amplius hoc casu præ-
stetur, ratio est: quia nemo alteri potest im-
putare factum, ex quo ipse tantum lucrum
sentit. *l. 33. & l. 78. §. quod si mulier. de jure dot.*
nec utilitates alienas suo quisquam pericu-
lo ambire cogitur. *A. Faber in rationalibus ad*
l. 5. §. 2. Commodati. Exemplum eius regulæ
est in deposito *l. 23. de R. I.* plura vide apud
Dn. D. Meier. disp. de culpa th. 114.

excipiendi.

Excipienda est ab hac regula tutela & N. G. Li-
cet enim in his nulla gerentis vertatur utilitas;
alia tamen de causa à tutore & negotiorum ge-
store levis etiam culpæ præstatio exigitur. *l. 7. Ci-*
Arb. tut. l. 11. & l. 15. de N. G. Quos imo aliqui etiã
ad leviss. culpam adstringunt. post Donell. 15. c. 15.
à. Marthas colleg. inst. 3. disp. 17. th. 8. quibus ta-
men non subscribimus. *per not. Locam. ad §. 1. l.*
de obl. qua q. ex contr. Meier. th. 25. Trent. l. 1. 10. §.
lit. D.

3. Si accipientis tantum utilitas verta-
tur, præstanda etiam est culpa levissima: Ra-
tio est: quia cum omne emolumentum con-
tractus ad eum pertineat, æquum est, ut ma-
ximam adhibeat diligetiam. *Dn. D. Locam.*
d. disp. 8. 127. & ut alioquin totum ad eum in-
commodum redundet *l. 10. de R. I.* neque
enim ferendus est, qui lucrum quidem ex
contractu captat, damnum autem subire re-
cusat.

eulat. l. un. §. 4. C. de caduc. toll. Ant. Fab. d. loc. Eius generis est commodatum d. l. 23. & pauca alia negotia, de quibus Meier th. 294. & seqq. *ex d. 215.*

Notabiliter autem ab hac regula excipitur precariū; Quamvis enim illud ad accipientis utilitatem tantum sepestet; solius tamen doli præstatione contentum est. *Locat. d. lo. b. 128.* Ob aliā iterum & fortiorē rationē: quia enim precarium ad nutū concedentis revocari potest, merito non culpa sed dolus in eo præstat. *l. 8. §. 3. de precar.*

4. Denique, cum utriusq; utilitas vertitur, seu, cum utriusq; gratia celebratur contractus, quod plerumq; accidit, *A. Fab. d. loc.* dolus & levis culpa tantum est præstanda; Qua enim fronte diligentiā exactissimā ab adversario desideraret is, cuius gratia contractus simul est celebratus. *A. Faber. ibid.*

5. Ad hanc regulam pertinent plerique contractus & quasi contractus. Ex illis referuntur in *l. 5. §. 2.* primū tres contractus consensuales, emptio venditio, locatio conductio & societas.

ex d. 216.
Quid ergo in mandato? *Rittersh. in comm. ad l. 23. de R. l. pr. 83.* recensitis aliorum opinionibus firmiter tenendum esse ait, ad leviss. etiam culpā mandatariū teneri *per l. 8. §. ult. Mandat. l. 13. §. 21. C. Mandat.* Quod licet comm. probetur, *§. Harpr. ad §. 8. l. de Mandato n. 21.* attamen eruditis rationibus impugnatur à Dn. D. Meier. de culpa *h. 153.* Nos gl. & Martini *in d. l. 21.* sententiam tuebitur, respiciendum sc. esse cuius culpa contractum sit, *ut in simili dist. in l. 5. §. 10. l. in re bnd*

rebus. 18. Commodat. Vtique quod in l. 10. *Mandati* dicitur, nihil amplius quam b.f. præstandam esse, rectè de exuberantia b.f. explicatur: siquidè amplius pro magis apud ICtos æque ac ap. bonos autores usurpatum occurrit. *l. 65. p. de Legat. 1. Const. omnem. de rat. & method. jur. doc. Florus lib. 2. cap. 7. Vers. 3.*

6. Ex realibus referuntur in l. 23. de R.I. commodatum & pignus: (de deposito jam supr. d. est.) Ex quasi contractibus tutela, Neg. gestio & rerum communio.

Exhibens.

De tutela & negot. gest. jam supra d. est: indubiti tanq. promutui ead. ferè est ratio quæ mutui de quo Rittersh. c. 2. p. 49. hereditatis etiam aditio, cum dominium heredi tribuat soli, vix locum huic quæstioni relinquit: Illud ergo superest dispiciendum, eur rerum cõmunio (æque ut societas) à superioribus exemplis separetur, per *Verba in his quidem & diligentiam*: Rationem comm. hanc reddunt, quia in superioribus quibusdam non levis tantum sed & levissima culpa præstetur: unde pro quidem legunt, quidã P. Gregor. 21. *Syntagm. cap. 2. n. 1.* & diligentiam pro leviss. culpa interpretantur. *Delrio ad d. l. 23. c. 1. pag. 130. Cujac. 19. O. 24. A. Matthei disp. 19. fundam. 1b. 25.* Atqui hoc idem dici poterat post istos contractus, siquidem nec illi omnes, sed paucissimi culpam leviss. admittunt: Pacius in *tr. 1. de contractib. c. 9. n. 55.* carpit interpretationem Cujacii; sed & Donel. 16. *comm. 7.* diligentiam in proprio significato sumit: quibus hætenus assentio: ut rationem diversitatis ex l. 72. *pro socio* & textibus parallelis sim petiturus: quam cum pagina hæc non capiat, excipiet Deo volente auditorium. *conf. Rittersh. p. 186. ad quem de cætero remississime læburientes.*



ELEMENTORVM
IVRISPRVDENTIAE ME-
THODICÆ

Pars 4. & ultima,
sect. 1.

DE OBLIGATIONIBVS EX
delictis.

Resp. IOHANNE VLRICO
Dürzi/Argentinensi.

Superioribus duabus disputationibus
methodus obligationum ex factis licitis
ortatum, velut *ἐν συναρχαία* fuit designata:
Restat ut de obligationibus ex factis illici-
tis descendentes, connexionis rationem
& prima rudimenta attexamus. exemplo
Theophili, qui elementaria partitioni definitio-
nes conjungendas esse monet lib. 3. tit. 14. §. ἀπο-
λογισάμενοι περὶ τῆς τύξεως, εἶπομεν τί ἐστὶν ἐνοχία.

ἐκδοσις.

Vapulat iterum Tribonianus ab Hottom. in
prafat. comment. Instit. & impr. comment. Instit.
de Actio. Anton. Matth. & aliis, quod tracta-
tum de obligationibus in duos libros discerperit,
qui uno potuisset absolvi: *Eumque nudum*
quintum facit Matthaeus disp. 2. fundam. b. 91. asqz
ota corrigendum esse arbitrat, ut libro secundo

P rerum

248
rerum differentia & dominia omnia: obligationes omnes libro tertio: Actiones sola quarta libro explicentur. § Nisi Welemb. *ad §. spernit. proem. Inst.* & Giphanii *in Oecon. lib. 4. n. 1.* ratio à librorum æquabili quantitate petita, sufficit, ad quam Imp. ipse digitum intendit alicubi, & in qua ipse Hottom. *in comm. ad pr. 1. de Oblig.* acquiescit: Ad damus & hanc, quod alia sit contrahendi, aliaq; delinquendi causa. *l. 1. §. 2. de Exercit. act.* ut adeo separatim hæc tractari, & in eodem quidem libro, qui de publicis delictis & criminibus tractatu concluderetur, non admodum fuerit inconueniens. *l. 2. §. 5. C. de V. l. E.* Utique hanc distributionem antiquissimam esse, & tit. de Obligationibus, tertium ac novum librum nunquam constituisse, patet ex allegationibus Græcorum: sic enim, præter Theophilum, Harmenopolus *lib. 3. περὶ τῶν τῆς 3. tit. de Emt. & Vendit.* citans, eum facit. *23. lib. 3.* (qui secundum vulgarem rubricationem, in qua etiam tit. de servili cognatione enumeratur, est 24.) Et Græci interpp. Basilicor. *ad l. 24. de furtis* titulum de inutilibus stipulat. citant *lib. 3. 19.* § Illa autem B. Sutholti *dissert. 16. princ.* combinatio; quod hætenus dictum sit, quomodo ex contractu voluntario O. oriatur: nunc de involuntario dicendum esse: inducit confusionem terminorum, cum & quasi contractus, ipsi Sutholto, *dissert. 15. th. 72* contractus involuntarii dicantur.

2. Factum illicitum alias incivile dicitur: *text. plurimos v. in C. A. de privat. delict. 0. 1.* & generali culpæ vocabulo continetur. *Dn. D. Locam. de caus. actionum. th. 120.*

3. Sed & ipsum culpæ vocabulum diversimodè accipitur: Interdum latius interdum

terdum strictius. Latius & generaliter sum-
 tum, dolum & culpam in specie dictam
 complectitur. v. late Molinam tom. 2. de justit.
 disput. 293. num. 5. Nam is qui dolo facit, uti-
 que in culpa est: Vnde si quis promiserit da-
 mnum prestare, quod servi sui culpa contigit,
 etiam furtum ab eo factum sarcire sogetur,
 Bart. in l. quod Nerva. 32. depositi. conf. l. 1. in fin.
 cum ll. seqq. eod.

4. Strictius sumtum dolo opponitur, &
 denotat læsionem alterius per impruden-
 tiam factam, quæ aliàs humanitus evitari
 prohiberique potuisset. Giphani in comm. Ms.
 ad l. 23. de R. I. (Per imprudentiam enim cul-
 pa à dolo distinguitur, qui semper cogita-
 tione fit, & ex proæressi, sive malicioso animi
 proposito, tacitum illud mentis iudicium,
 de rebus honestis ac turpibus, à natura in-
 sculptum aspernantis, proficiscitur, id. ib.)

5. Est autem culpa vel latior vel levior.
 Hæc vel levis vel levissima. l. 47. §. culpa. 5.
 de Legat. 1. l. 31. §. culpam. 12. de Ædilit. Edict.
 quemadmodum & diligentia triplex est,
 mediocris, summa & remissior, argumen-
 tis Donelli. 16. comm. 7. culpam levissimam
 excludentis, præ aliis solidissime satisfacit
 Dn. Meierus de culpa th. 18. & seqq.

exhibet.

Bartholus & alii Interpp. quinque culparum
 constituunt gradus in d. l. quod Nerva. 32. depositi.
 latissimam, latiorē, latam levem, & levissimam:
 P 2 quam

quam distinctionem licet alii damnent, *Gorhoff.*
ad d. l. 32. de positi. Hillig. 16. D. E. cap. 7. l. 1. M. alii
iterum tucantur, *¶ Dn. Meier. ad diffut. 1b. 87.*
Alii mediam quandam viam eligentes distinguant,
& duas faciant species latam & levem: tres au-
tem gradus summum, medium, infimum. *Del-*
rio apud Rittersh. ad l. 23. in prothecora. c. 5. p. 27.
Nos tamen communi libentius adhaerentes,
cum negare non possimus, culpam levem pro ne-
gotiorum (quorum alia majorem diligentiam
requirunt, alia minorem admittunt) varietate,
etiam variare, *Dn. D. Locam. de caus. action. 1b. 125.*
ad evitandas plerasque difficultates, dicimus cum
Bachov 1. diffut. Tr. 10. 1b. 5. l. 1. D. pag. 184 & *in*
comm. ad §. ult. Inst. de societ. culpam dupliciter
considerari posse, in abstracto, & in concreto: sicut
primo modo culpa consideretur, ut plerumque
fieri solet, tum sane recte dist. in latam, levem &
levissimam: Ut lata sit, quae opponatur diligen-
tiae omnium hominum communi. L. 232. de V. S.
Levi, quae diligentiae industriorum & ad rem at-
tentorum patrumfam. Levissima, quae diligen-
tissimorum tantum industriam & curam respi-
ciat. Dn. D. Franzk. Exercit. 9. q. 9. Ac si in con-
creto culpa spectetur, tum forte non absurdè le-
vis culpa dispesci poterit in tres gradus, cum Dn.
D. Locam. d. loc. cum propter diversam hominum
conditionem & naturam evenire possit, ut illud
quod in uno culpa sit, vel non sit, in altero dolus
sit, vel prope dolum. ¶ Franzk. d. loc. num. 6. Pri-
mus autem gradus erit, non adhibuisse suam sal-
tem diligentiam, qualem Locam. requirit in so-
cietate d. §. ult. l. de societate. Diss. Bachov, ibid.
pag. 819. a. Secundus, non adhibuisse diligentiae
patrifamilias diligentiam, qualis requiritur in
E. V. §. 3. circa fin. l. de E. V. Tertius & ultimus:
non adhibuisse specialem aliquam & pro natura
negocij

negocij affirmandam diligentiam, Exemplo. l. 25. §. 7. Locati. §. 15. l. de obligat qua ex delict.

6. Lata culpa (quæ & magna negligentia l. 226. de V. S. & summa l. 1 §. in quoque v. quia n. de O. & A. l. 9. §. facti. de jur. & fact. ign. & nimal. l. 213. §. ult. de V. S. & dissoluta l. si fidejussor. 29. Mandati. l. magistratus. 6. De Admin. rer. ad civ. item manifesta l. 2. C. Arbit. tut. & remissior negligentia in l. 5. C. de peric. tut. denique dissoluta ignorantia dicitur. l. cum sex. 55. de adilit. Ed.) est in suis diligentem in alienis negligentem esse: seu plenius: est nimiae ejusmodi negligentia, qua quis vel non vult intelligere quod omnes intelligunt, l. 213. fin. de V. S. vel sciens prudens, in suis rebus custodiendis majorem adhibet quam in alienis diligentiam, l. lata. 223. de V. S. juncta l. 32. de positi.

Ex de m.

Forè autem est ut & lata culpa magis se minufve exerat: & aliquando ad dolum magis accedat, aliquando longius ab eo distet. Ex quo est Zafii illa, 1. singular. cap. 2. nu. 11. distinctio, inter culpam malitiæ seu versutiæ, & inter culpam ignaviæ: quam licet suggillet Rebuffus. ad d. l. 223. Tamen tuetur Gædd. in l. 213. n. 1. Vult. 1. Jurisfr. cap. 7. per l. similiter. 22. §. 2. & 3. ad SC. Trebell. adde l. 24. §. si maritus. solut. matrim. l. 1. §. non autem. si testamen. lib. fact. l. 1. §. hac actio. si mens. fals. mod. Licet culpæ ignaviæ pauciora, vid. l. 2. §. si publicanus. Si bonor. rapt. l. 1. §. 2. de publican. l. 1. in f. & ibi gl. de abig. culpæ autem versutiæ plura exempla extant. l. idemque. 10. §. generalis-

ter. 12. C. l. 29. Mandati. l. 1. §. 1. Vers. sed si id agit. de A. E. Illa autem lata culpa qua ignavia est, docente Zasio, dolo nunquam comparatur, quippe quæ non tam ex maligno consilio, quam imprudenti animo orta videtur: licet non semper impunita abeat *§. l. 3. §. C. quia plerumque de offic. prof. sig. l. in lege §. 1. ad L. Cornel. de sicar.* Et diverso lata culpa versutix, dolo ubiq; ferè comparatur. *l. 1 §. sed si in eo. ad SCr. Silan* unde appellatione doli etiam cõtinetur. *l. 8. §. 3 de precar. l. 3. §. 1010. Ut in possess. Legat.* quod maxime verum est in contractibus veris & impropriis; imò etiam in quasi delictis *arg. l. 5. §. 4. de O. C. A. l. 2. C. de pana jud. male jud. l. 3. ad L. Iul. repet.* In veris delictis seu privatis sive publicis, non æque *l. 7. ad L. Cornel. de sicar. l. in furti. 50. §. ultimo. de furti.* Respiciendum n. est an civiliter de delictis agatur & ad pœnam pecuniariam, & tum æquiparatio etiamnum procedit. *d. l. 1. §. culpa enim. si is qui testam. lib.* an vero criminaliter & maxime ad pœnã corporalem, quia enim in gravioribus istis pœnis severitatem legum benigniore interpretatione temperare convenit. *argum. l. 11. de panis. ideo hic dolum proprie d. requiremus. l. 23. §. excipitur. de Aedilit. Edict. nisi publica utilitas exemplum ac proinde laxiorem interpretationem efflagitet. l. 3. §. adjectio. Vers. ex SCra. ad L. Cornel. de sicar. l. 38. §. qui abortivus. de panis. Vid. Mejer. de culpa. thes. 110. C. seqq. C. A. de susp. tut. thes. 12.*

7. Levis est, cum quis eam curam ac diligentiam non adhibet, quam communiter boni patresfam. in rebus suis adhibere solent. *l. si putator. 31. ad L. Aquil. l. heredes. 25. §. 16. fam. ercisc.* Ex qua facile cognosci potest

potest levissima; cum sc. eam quis non adhibet diligentiam, quam optimus quisque paterf. adhibiturus fuisset. *l. 5. §. 4. commodati. v. Locam. d. loc. th. 124.*

8. Sed cum culpa levissima ita comparata sit, ut pene non sit culpa. *arg. l. II. de N. G. P. Gregor. 29. syntagm. 2. nu. 4.* ita ut ne quidem implicitè culpæ nomine contineri quibusdam videatur. *Treutl. I. disp. 10. §. 5. lit. D.* Idè de dolo & culpa sufficiat aliquid monuisse, ut methodi Iustinianæ vestigia tanto clarius patefiant.

9. Nimirum culpa (generaliter sumpta) aut absolutè spectatur, aut ut circa contractus versatur: De hac cōsideratione aliquid in fine superior disput. dictum fuit, (ubi etiam circa dolum distingui solet, an is causam contractui det, an vero in eum incidat: Et iterum an incidat in contractus b. f. vel stricti juris. Dolus dans causam contractui, b. f. contractū ipso jure nullum facit. *l. 7. de dolo.* in rem autem incidens, s. ex ipsa re emergens, exceptione infirmatur & corrigitur. *v. Sichard. ad l. 3. C. commun. utr. jud. Wesemb. de contr. Emt. nu. 15. & de resc. vend. n. 6. Bachov. 6. de act. §. 18.*) Illa autem huius loci est atque delicta & quasi delicta distinguit: ut nunc ostendemus.

10. Dolus enim (id est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum

alterum adhibita. v. l. 1. §. 2. de dolo & ibi
 C. A. thes. §. ubi d. sive verborum illa adu-
 lationibus, que frans aro rē qeāzē ut vult
 Alciat. appellatur & fallacia: sive factorum
 technis & machinationibus committatur,
 l. 7 §. dolo malo. de pact. l. 79. & l. 152. de R. I.)
 delictum verum; culpa quasi delictum con-
 stituit.

11. Delictum seu maleficium utcumq;
 ambigue dicatur, vid. Donell. 15. Com. 33. C. 1.
 R. de privac. delict. d. 2. Petr. Theod. in coll. crim.
 disput. 1. d. 5. Hoc tamen loco generaliter pro
 facto illicito sumitur, quo privatorum uti-
 litas præcipue læditur, l. 9. §. 5. de public. & ve-
 stig. v. Setzer. in w. h.

12. Delicta vel vera & propria sunt, vel
 impropria & quasi delicta. §. 1. l. de oblig. qua
 ex delict. & rubr. infr. de obl. qua quasi ex delict.
 l. 1. de O. & A.

Index.

Varie delicta distinguuntur, veluti in Eccle-
 siastica & secularia: hæc in nominata & innomi-
 nata; nominata in privata, quæ proprie delicta
 dicuntur, & publica, quæ speciali nomine *crimi-
 na* dicuntur: *Side Vult. 1. R. I. cap. 45. Alcius. cod.
 lib. cap. 50. Theodor. d. disp. 1. cum allegavit.* In In-
 stit. agitur tantum de delictis privatis, quatenus
 ex illis privato cupiam actio privata acquiritur,
 qua ille ita experitur, ut reus sibi ad præstandum
 id, quod interest, aut ad pœnam pecuniariam
 condemnetur: *Crimina vero h. e. delicta atro-
 ciora, §. 1. de R. I. E. que vel pœnâ corpo-
 ris affli-*

ris afflictivam, merentur vel pecuniariam fisco applicandam; huc non pertinent, sed *infra. tit. ult.* occasione publicorum, quæ cum privatis conferuntur, judiciorum, attinguntur. Dicitur autem priuatum (1.) quod ei tantum privato persecutio detur, cui injuria facta est (2.) quod coram iudice pedaneo qui non erat magistratus, sed privatus, (vel saltem ut privatus adhibebatur) olim tractaretur. De privatis delictis enim disceptabatur apud recuperatores seu iudices privatos: de publicis apud Magistratus, *inquit Cujac. ad l. 9. de reb. cred. p. 717. nempe eos, qui gladij potestatem habebant. Vid. eund. ad l. 4. de D. C. A.* (3.) pœna etiam utilitati privatæ & ipsi actori adjudicabatur. *Bachov. diffus. 1. de action. sb. 21.* Quo loco & illud notandum est, ex delictis agi dupliciter, criminaliter aut Civiliter. *Bachov. d. loc. 0. 22.* Civiliter agitur vel ad pœnam, hinc actiones pœnales, ut actio furti quæ iterum vel ex parte alterutrius tantum pœnales sunt; vel ex parte utriusque, *Bachov. in chriiad. error. Faber docad. 78. error. n.* vel ad rei persecutionem tantum, (ut in conditione furtiva;) vel ad utrumque, (ut in actione *vi bon. rapt.*) Criminaliter, cum actor sibi aut suæ utilitatis causa nihil petit, sed simpliciter delictum ad eum, cui potestas criminum vindicandorum competit defert, pœnamque reo vel corporalem vel pecuniariam fisco-celluram, infligi petit. *Id. ult. de priv. delict.* quæ ipsa tamen criminalis actio sive persecutio à publicis accusationibus diligenter distinguenda est. *Id. infra. sb. penult. sect. 2.*

13. Delicta privata vera sunt, quæ ipsius delinquentis dolo seu nocendi proposito committuntur. *Vulsey. i. l. R. cap. 45.* Quali delicta autem sunt quæ sine dolo
 P 5 eius,

ejus, qui ex iis convenitur, commissa sunt; aliqua tamen eius culpa. *id. cap. 7. l. 2. ibi: delinquant vel sponte, vel ignorantia.*

in dicitur.

Differentia istarum specierum in eo posita est: quod hæc, uti supra indicatum, citra fraudem & nocendi propositum, culpa saltem aliqua contrahantur: *l. 1. C. si adv. del. l. 5. §. 4. Et seqq. de O. & A.* Illa autem semper malignum ejus, qui convenitur, animum & *mensuram*, adeoque dolum habeant conjunctum, *ut ex §. 1. l. de vi bon. rapt. l. 3. pr. de injur. l. 1. G. de sicar. apparet. conf. Dn. D. Locam. ad tit. 5. b. lib. 18. 2.* Verum huic definitioni duo imprimis obstare videntur: (1.) quod damnum injuria datum verum delictum est, *princ. l. h. r. 1.* interim non dolo saltem, sed etiam culpa levissima admittunt, *L. Aquilia puniatur. l. 44. ad L. Aquil.* (2.) quod iudex litem suam faciens quasi maleficium committere dicitur, *in pr. in fin. tit. 5.* Atqui ex dolo etiam malo iudicans litem suam facit, *l. 15. §. 1. de iudic.* Quæ dubia forsan Wegnerum *disp. Instit. th. 9.* & alios moverunt, ut ab hac definitione recederent, & delicta vera dicerent, in quibus quis directo offenditur: quasi delicta, in quibus per consequentiam. Quemadmodum & Bachov. *ad pr. l. de obl. qua quas. ex delict. nasc.* in eundem fere sensum scribit, Quasi delicta habere culpam, sed eam ut plurimum non directam ad damnum, sed fere oblique tantum damno causam dantem: & ut maxime videantur damnum dare, attamen eam culpam fere præsumptam esse, & præter mentem eius qui damnum dat. Deinde Wegnerus etiam, iudicem qui ex dolo iudicat, non verum delictum sed quasi delictum committere statuit, *d. th. 9. tit. 6.* Verum quia isthæc opinio præmissis tex-

sis textibus & communi DD. calculo redargui-
 tur; Ideo respondeamus sane ad prius cum Pacio
in Isag. Instit. de oblig. qua quas. ex del. L. Aquiliae
 actionem non semper esse ex vero delicto, sed
 etiam ex quasi delicto: adeoque quod *in d. pr.*
l. b. r. 1. dicitur, damnum esse delictum verum,
 intelligendum erit ceteris paribus & cum quali-
 tate praesupposita, si sc. dolo malo damnum da-
 tum sit, *vid. C. A. ad L. Aquil. d. 5 (aliter respon-*
det Bachov. ad pr. l. de obl. qua quas. ex delict. C.
ad §. 1. ad L. Aquil. nimirum definitionem C. re-
gulam propositam, unscam hanc exceptionem pati,
in damno ex L. Aquil. reparando) Ad posterius
 notamus: Litem suam facere quae, dici & genera-
 liter, (ubi nihil aliud denotat, quam litis pericu-
 lum in se vertere, & litem adversus se excitare, e
Cujac. Borch. ad princ. l. d. t. 5. num. 1.) & speciali-
 ter, idque vel vere, proprie & plene, cum quis ve-
 ram litis aestimationem & solidam praestare tene-
 tur, quo sensu sumitur *in l. 15. §. 1. de iudic. C. l.*
ultim. C. de pen. iud. quando sc. Iudex dolo ma-
 lo in fraudem legis sententiam dicit: Dolus enim
 delictum est, eoque nomine comprehenduntur
 omnia delicta, quae nomine vacant. *Bachov. d. lo-*
co. num. 2. Giphon. Schneidev. ibid. (in materia
 criminali dicitur stellionatus:) vel minus pro-
 prie: cum non in solidam litis aestimationem, sed
 in quantum aequum videtur iudici, actione in fa-
 ctum is condemnatur. *l. ult. de Extr. cogn. Bachov.*
ad d. pr. num. 2.

14. Sunt autem illorum quatuor, Fur-
 tum, Rapina, Damnum, Injuria. *Vult. d. c.*
45. n. 7. Et haec est quadriga illa obligatio-
 num ex maleficio, quam vocat Cujac. *in*
comm. ad l. 4. de O. & A. τὸ τετραγώνον.

κλησιν.

Dichotomice hæc ita distinguuntur, quod committantur, vel in rem, vel in personam: in rem vel auferendo eam vel corrumpendo. *conf. Bachov. ad pr. l. de L. Aquil. C. A. in Pandect. cod. cod. l. 6.* Auferitur res vel clam & sine vi, ut in furto, vel palam & cum violentia, ut in rapina. Corruptitur res vel animata (hoc est servus aut quadrupes) vel inanimata; cum his damnum per injuriam inferitur. *§. 13. l. de l. Aquil. Petr. Theod. disp. crim. 2. l. 12. lit. c. Wegn. disput. 14. l. 1.* In personam liberam delictum privatum verbis aut factis commissum, dicitur injuria. *Ita fere Strubolt. dissert. Inst. 16. l. 12. Wegn. d. disp. 14. l. 1.* Aliter Scheffer. *libr. Jurispr. cap. 6 qui ex causa finali, argum. l. 39. 55. C. 67. de furt. delicta distinguit in lucrosa, quæ vel clam, vel manifesta vi committantur, vti propositum: & injuriosa ut damnum, & injuria ex l. ult. de off. Proc. Cas.*

De obligat. qua ex del. nasc. tit. 1.

15. De Furto tractatur in tit. 1. generalis de obl. qua ex del. nasc. ubi ejus etiam habetur definitio. Eodem modo in tit. generali: si tabb. testam. nul. ext. tractatur precipue de successione unde liberi. Similia exempla passim occurrunt. *vid. Cujac. in parat. tit. de Jurisd. de fugitiv. de Manum. Alex. Chassaneum in parat. d.*

De vi bon. rapt. tit. 2.

16. Rapina est delictum privatum, quo res aliena mobilis per vim alicui auferitur. *conf. Theod. d. disput. 2. l. 10.* Unde actio de vi bon. rapt. exurgit, de qua in tit. 2. de vi bon. rapt. *Est vero omnis raptor fur est, & quidem improbius, pr. l. h. l. 2. §. 10. ff. cod. adeoque omnis rapina furtiva: Diversa tamen sunt fur-*
torum

torum genera, ut notabiliter ostendit l. 28. §. si quis juraverit. §. de jurej. l. 24. §. qui vim. Quod met. caus. unum enim, uti dictam, sit vi aperta, alterum clam & obscure: unum est Leonis, alterum vulpecula. Vnde & κλέπης nomen ἀπὸ τῆς κλάπτειν. l. 1. de furt. Cujac. lib. 18. ad Ed. Pauli in d. l. 28. §. 5. Adde quod argum. à conjugatis non procedit, quotiescunque sermonis ambiguitas intercedit, per not. disput. 5. schol. 8. Non ergo necessario concluditur, rapinam esse furtum, quia raptor fur sit. v. l. 48. in fin. de furt.

17. Damnum est delictum privatum, quo res aliena, sive animata, sive inanimata per injuriam corrumpitur aut perimitur, quod ex duobus, quæ supersunt, L. Aquiliæ capitibus, reparare licet. h. tit. 3. de l. Aq.

ἐκδέσις.

Damnum à deminutione patrimonii dictum l. 3. de damn. inf. in genere significat omne detrimentum, quod quis in re sua familiari sentit. Vid. Treutl. 1. d. 18. ib. 1. idque vel divinitus immisissum, l. 53. pro soc. vel humanitus, illatum ab hominibus, nimirum vel ab ipso, qui per injuriam, (h. e. dolum vel culpam) alteri in re sua damnum dat, pr. l. de injur. vel eius servo, qui noxiam r. s. de nox. act. vel ab animalibus, quæ pauperiem facere dicuntur.

18. Injuria est delictum privatum in contumeliam alterius admissum. Vult. 1. l. R. 49. C. A. de injur. §. 2. Treutl. 2. disput. 30. §. 5. ubi

*De injur.
tit. 4.*

5. ubi addit voces dolo malo, de quibus est tit. 4. de injur..

19. Obligationum quæ ex quasi delicto nascuntur, quatuor hic species referuntur.

1. Si iudex per imperitiam male judicaverit. v. s. schol. 13. & l. ultim. de extraord. cogn.

2. Si quid ex ædibus alicujus, vel propriis vel conductis effusum aut dejectum fuerit, quo damnum datum sit.

3. Si aliquid positum suspensumve fuerit, quod si decideret, transeuntibus damnum esset illaturum.

4. Si furtum vel damnum in navi aut stabulo aut caupona factum datumve sit.

*De Obligationibus,
qua q. ex delicto nascuntur.
tit. 5.*

tit. 5. de obl. qua quas. ex del. nasc. Dissentit Petr. Theod. d. disput. 2. th. ultim. qui secundam & tertiam speciem in unam contrahit,

add. Harpr. l. d. num. 3. qui cum alleg. etiam tres duntaxat species agnoscit.

Partis 4. sect. 2.

DE ACTIONIBVS.

Thes. 1.

ATque ita doctrinam rerum, de quibus personæ invicem iudicio solent contendere, percurramus: Restat ut de modis & mediis, quibus jus nostrum consequimur, dispiciamus. *vid. præter dicta part. 1. th. 11. Treubl. 1. disput. 2. th. 1. lit. a.* Media ista

ista sunt iudicia seu actiones; quæ veluti
formam & rationem juris (*saltem nostri, seu
obtinendi Donel. l. com. i. alia enim fortè erit
juris consistit. v. Bodin. distribut. jur. univers. p. 9.*)
obtinent: quanquam Actionis verbalitè
sumto, omnis iudiciorum ordo, principium,
progressus, atque exitus etiam comprehen-
datur. si Wel, credimus, in *τ. de stat. hom. n. 1.*
subdit.

Non longe abit Hotom. in partitionibus Iu-
ris Civilis elementariis: Cum enim *cap. 1. circa fi-
nem dixisset: Finem juris esse iustitiam: Ad eum
finem nos pervenire per iudicia: Ea duplicia esse,
publica & privata, subiicit cap. 2. privata iudicia
tribus constare partibus: primum enim requiri
litigatores: deinde causas, propter quas litige-
tur: h. e. res & obligationes: postremo discepta-
tores atque iudices. Itaque rectè quædam disturum
Icle tripertitum esse, positumque in personis
(litigatorum) in causis litium (rebus & obliga-
tionibus: rectius in rerum dominiis & obliga-
tionibus) postremo in actionibus, seu via & ratio-
ne litigandi disceptandique controversias: Ha-
tenus inquam satis rectè Hortom. Nam quod
subiicit primam esse causam efficientem, alte-
ram causam sine qua non redarguitur *ex parte*
l. 1. h. 8. & seqq. Tertiam sanè partem una cum
ipso ad formam juris, puta obtinendi, referimus.
Magis cautè idem loquitur in *comment. Instit. ad
pr. de oblig. sibi: Harum Institutionum tripartita
tractatio est: Nam primo loco de personis liti-
gatorum; secundo de litium controversiarumq;
materia: tertio de litigandi disputandique for-
mulis differitur. Litium autem materia duplex
est: Aut enim propter res nostras instituuntur,
aut propter obligationes. l. 25. de O. & A.**

2. Iudicium nihil aliud est, quam rei controversæ inter Actorem & reum legitima disceptatio. *Bachov. ad princ. Inst. de off. jud. vid. tamen Vnim. disp. 1. de process. num. 5. Sane Hortomanni descriptio c. 1. partit. huic loco vix cõvenit, cum iudicia desinit, decreta eorum, qui pro potestate, quam à L. acceperunt, causa cognita, de re ad se delata, sententiam pronunciant.*

3. Iudicium (quantum ad hunc locum attinet) vel Publicum est vel Privatum. Privatum est, quod ad utilitatem & interesse privati, consuetis actionibus exercetur. Publicum, quod ex LL. publicorum iudiciorum ad salutem & interesse publicum introductum vel per solennes accusationes, vel per inquisitionem Magistratus peragitur. *l. 1. de publ. jud. l. 3. de pravaricat. conf. Vult. 2. L.R. c. 25. & sect. 1. schol. 12.*

4. In Instit. potissimum de privatis tractatur: de publicis extremo loco, & tantum per indicem. *conf. sb. antep.* In privatis autem iudiciis, primo omnium attendendum est ad actiones, per quas illa exercentur: tum ad personas, quæ actiones exercent. Actiones sunt ordinariæ & extraordinariæ.

in deor.

Aliter DD. com. è quibus Giphān. *in Decem.* duas rationes reddit, cur de rebus prius, quam de actionibus agatur, (1.) quod res personis similiores sint in eo, quod utrumque jus de personis & rebus

rebus sit privatum: Actiones autem publice exer-
ceantur. (2.) quia actiones sint veluti Executio
& finis duorum priorum capp. quibus ea ad exi-
tum perducantur. *Et has rationes laudat. etiam*
Harpr. in proleg. Instit. nu. 35. Nobis ut posterior
non de nihilo, ita prior satis ludicra, si non vi-
tiosa, esse videtur.

5. Actionis vox variè & ambiguè: vid.
C. A. de O. & A. th. 14. magis usitatè tamen de
actibus, qui contentiosæ Jurisdic. subijci
solent, accipitur. *Franzk. Exerc. 13. q. 1. n. 9.* in
eoq; significatu synonymicè dicitur perse-
cutio. *l. 10. de V. S. l. 49. §. 1. eod. l. 28. de O. & A.*
Persequimur autem vel interesse publ. pæ-
nam sc. corporalem aut mulctam fisco ap-
plicandam, unde actiones criminales nascun-
tur. *l. 3. de crim. stellionat. t. t. C. quand. act. civ.*
vel privatim, sive quod nobis abest, unde
actiones civiles oriuntur. Verum quia illæ
in proprium nomen accusationum transie-
runt, vocabulum actionis ad civiles postea
restrictum fuit. *conf. Franzk d. loc. Don. l. 1. C.*
de Cond. ex L.

6. Actiones istæ vel coram ipso magi-
stratu, in jure & pro tribunali institueban-
tur: vel coram iudice à magistratu dato, &
in iudicio exercebantur. Magistratus ipse
regulariter & ordinariè non cognoscebat,
propter negotiorum multitudinem & oc-
cupationum aliarum molem. *l. 4. de offic. pro*
cons. l. 13. cum ll. seqq. de Jurisd. Wes. in comm. C.
de pedan. jud. n. 3. sed iudicia per iudices à se
Q datos

234.
dotos expediebat: Saltem si causæ morantur non ferebant, & singulari favore niterentur, magistratus ipse interveniebat, quales sunt causæ Interdictorū, ubi de possessione contendebatur l. 1. & 2. C. & ff. de Interd. fideicommissorum. l. 178. §. 2. de V. S. restitutionum. l. 24. §. ult. & l. 38. de Minorib. alimentorum l. 8. de transact. v. C. A. de offic. Prator. §. 4. Bachov. ad pr. l. de Interd. n. 2.

7. Hinc (id est, à diversitate judiciorum) formulæ etiã agendi distinctæ, & cum ordinario more quis apud judicem pedaneum experiretur, actionibus; cum apud præto-rem; persecutionibus uti, nomine generali ad hanc speciẽ restricto, dicebatur l. 178. §. 2. de V. S.

ædoris.

Et quemadmodum quidem ordinariæ fuerint institutz eleganter post Sigon. Rosinus, itemque Vulteius 2. Jurispr. 26. & Obrechtus noster integro tr. explicuere: è quibus pauca quæ ad elementorum præcognitionem spectant, delibabimus. Nimirum de omni quidem causã ad eundus erat, prætor, sed de omni non cognoscebat; uti d. Aditus enim & cum actor agendi potestatem, formulamque & judicem sibi dari postulasset; Reusque summam exceptionum suarum obieciisset, Vulteius d. loc. initio causã summarie cognoscebat: Vbi causã talem deprehendisset, quæ ulteriorem disceptationem mereretur, & ita comparatum factum ut de eo jus certum jam exaret, solebat eam etiã privatis hominibus & jurisdictionem certam non habentibus Duaren. 1. dispus. 53. aliquando etiã assessoribus suis (qui ad pedes

ad pedes tribunalis consilii suggerendi causa magistratui assidebant, unde forte pedaneorum iudicum appellatio. *¶ Wes. d. loc. n. 13. collatis aliorum opinionibus ap. Hillig. 7. 21. lit. I.*) committere: utpote in quibus non tam de iure, quam de facto disceptabatur: *Revard. proribun. cap. 11. Franz. k. d. lo. n. 16.* licet certum ius facto applicare & ille posset. *Hillig. d. loc. lit. e.* Nam si perplexa juris quaestio incidere, edicto concilio, centumviro- rum sententiis apud Praetorem controversiae dirimebantur. *Quintil. 4. Institut. c. 2. Hillig. d. loc.* (Vnde *Cuj. 10. Obser. 20.* iudicia distinguit, primo, in ordinaria & extraordinaria: deinde ordinaria, qua ius ordinario in l. 2. de furib. balnear. dicuntur, in publica, ubi cognitio esset principis, senat^{us}, praetoris, praesidis: & priuata, ubi cognitio esset iudicum pedaneorum l. 79. §. 1. de iudic. & centumviralia: ubi quaestiones juris determinabantur. *id. 21. O. 41. & causa hereditatum. l. 5. de petit. hered.*) Ut ita omnis causa bis quodammodo ageretur, apud praetorem, quasi velitem: apud iudicem eum, quem praetor dederat, quasi iusto certamine. *Cujac. in §. quaestio. Papin. ad l. 19. de interrog. in iure faciend.* Praetor cognoscebat an actio danda esset vel deneganda: (Nam si res dubia erat, & factum altioris indaginis, iudicium constituebat, aliquando purum, aliquando cum exceptione: si vero evidens erat calumnia, actionem denegabat & a limine iudicii actorem repellerebat) Iudex; quid de facto statuendum. *¶ Pacij Method. 2. 57. part. 2.* § Formulas agendi ipsas, alii magistratum concepisse scribunt, *Vulrei. d. lo. alii ICros, & Connan. t. comm. 15. num. 4. Vulrei. prolegom. Jurispr.* Alii hoc utrisque pariter attribuunt, ut *Cujac. ad l. 1. de P. V. ibi: praetor vel Iurecons. qui formulas concipit, vel actor, qui eis utitur, quibus eas sibi dari, aut concipi postulat.* At enim inter

Q 2

formu.

236.
formulam iudicii, & formulam agendi distinguendum esse videtur; Isthæc n. ita cōcipiebatur: aio te mihi centum dare oportere ex testamento, stipulatu &c. *Briffon. lib. 5. de formul. pag. 373.* In formulis autem iudicum dandorum principem locum obtinebant verba hæc: si paret. & *Briffon. ibid. pag. 370.* In formulis iudicis dati, nullum erat partis periculum: at in formulis agendi maximum: cum & qui in Syllaba erraret, causa caderet, ni à prætore sublevaretur *Senec. epist. 49.* Verum quia hinc progressu temporis insidiæ ex aucupatione syllabarū, & calumniæ nasci deprehēdebātur, & formulæ & impetrationes ipsæ sublatae sunt, *l. i. C. t. r. C. de form. C. impetrat. action. sublat. c. 6. extr. de judic. C. A. d. lo. d. p. 1347.*

8. Licet autem extraordinariæ cognitiones variis de causis susceptæ fuerint, uti *supr. th. 6. indicatum, & latius explicatur in t. r. ff. de var. C. extraord. cognit.* in Instit. tamen possessionum causa duntaxat attingitur, de quibus interdicta sunt prodita: Hinc iudicia aliter, ad usum institutionum, distinguere licet, quod vel petitoria sint, vel possessoria. Petitoria sunt, quibus per ordinarias actiones de re ipsa contenditur; possessoria, quibus per interdicta de possessione tantum disceptatur. *vid. t. r. extr. de caus. possess. C. propriet. Wes. in parat. de judic. nu. 3. conf. Vmm. d. disp. de processib. n. 10.*

9. De illis instituitur solita ratione 1. Tractatio generalis, quæ in definitione & variis divisionibus vertitur: veluti quod aliarum actiones sint reales, quæ ex rei domi-

niō

nio oriuntur: aliax personales, quæ ex personæ obligatione descendunt, de quibus ut & reliquis speciebus summarie tractatur tit. 6. De actionibus: tum inde specialis in consentaneis & dissentaneis.

Tit. 6. De actionib.

inbrevis.

Cogimur hic præter institutū remove, quod A. Matth. disp. 2. fundam. th. 104. obiicit progressibus nostris impedimentum: In generali enim illa natorū designatione, pro duodecimo, istum habet, quod definitio hic indicata specialior sit, & tantum actionibus in personam conveniat; arg. vocis debetur: siquidem quod nostrum est, nobis non debetur; & quod nobis debetur nostrum non est. §. 14. l. h. t. l. 27 §. 2. l. 34. pr. de Aur. arg. § Atqui verbum debendi naturali sua potestate latissime patet, nec tantum obligationem significat, sed etiam facultatem petendi. Cujac. in comm. ad pr. l. h. t. Debetur enim quodcumque peti potest. l. si stipulatus 76. de V. O. l. ultim. de eo quod cert. loc. Cujac. ibid. Ergo omnē etiam actionem designat potestate sua, sive ea, civilis, sive honoraria, sive fideicommissaria sit persecutio. l. 178. §. ult. de V. S. Licet ergo vocabulum istud, denotandæ actioni personali postea magis fuerit atque frequentius accommodatum; (ita accipit Cujac. alias sibi contrarium ad pr. ff. de O. & A. ubi hanc definitionem ait propriam esse actionibus in personam: Communem autem & generalem esse definitionem quam subijcit, Actio est jus experiundi in judicio) tamen naturalē & generalem suam significatum non amisit. Dno D. Meier. in comment. Ms. ad §. 1. l. h. t. sic enim servitus quoque iam constituta, quæ actione in rem petitur, dicitur nobis deberi. l. 19. §. 2. Comm. di. Vid. l. 2. §. 1. & §. recte. 2. si servo. & ind. Sic hereditas parentū liberis deberi dicitur. l. 7. §. 1. unde liberi. sic de-

Q3

bita

bita portio l. 8. §. 11. de inoffic. testam. l. 2. §. C. de inoff. donat. debita pietas l. 4. de curat. fur. Inceptum ergo foret putare speciei definitionem in titulo generati propositam, generis autem descriptionem omissam fuisse. Cujac. d. loco, conf. scholium disput. 2. th. 3.

10. Consentaneorum loco traditur doctrina quarundam actionum singularium: deinde præcipua actionum adjuncta explicantur. Etenim quia quis non solum ex suo facto proprio, sed & alieno convenitur, uti innuitur in §. sunt præterea. 36. de act., cum tamen regulare sit, ut nemo ex alterius facto obligetur, l. 3. in fin. C. ne ux. pro mar. ideo jure hæc anomalia & singularitas fufius explicatur. v. text. in pr. tit. 7. coll. Wesemb. in §. de exercitor. act. in pr. Dissentiunt DD. com. qui hoc & seqq. tit. divisiones actionum ulterius proponi contendunt. Chassan ad tit. 12.

11. Ut autem factum proprium, vid. supr. disp. 4. th. 19. ita & alienum est vel licitum vel illicitum. Licitum est conventio seu negotium Civile: quemadmodum autem ex negotiis eorum, qui in alterius potestate sunt (h. e. servorum & filiorum & c.) Dominus & Pater ipse conveniatur, exponitur uberius in eo, qui à primoribus Edicti verbis nomen est sortitus tit. 7. Quod cum eo qui in al. potest est negot. gest. esse dic.

Quod cum eo qui in aliena potest. est negot. gest. esse dicatur. tit. 7.

12. Factum illicitum, incivile, s. ex parte, hic intelligitur, quo alteri ab animalibus præ-

præcipuè autem à ratione præditis *argum. pr. lib. 4. tit. 9.* nocitum est, seu damnum datum: id quod ab his, nempe servis alienis perpetratū, dicitur *noxæ*, à quadrupedibus *pauperies*. Nam si servus damnum dederit, cum eo agi non potest, tum quia personam standi in iudicio non habet; tum quia nihil proprii possidet, ex quo damnū sarcire possit, quia vero iniquū sit ei, qui infortunium accepit, non consuli, æquum visum fuit, Dominū *ex noxæ, i. e. maleficio servi, qui nocuit*, noxalibus actionibus & sub hæc qualitate posse conveniri, ut vel litis, seu damni dati, æstimationem præstet, vel ipsum hominem noxæ dedat, *Wesemb. de nox. act. n. 1.*, de quibus est *tit. 8.*

De noxalibus actionibus tit. 8.

13. Animalia, quæ ratione carent, seu bruta quadrupedia (hec enim fere damnum dare solent; unde in rubrica eorum tantum fit mentio: licet postea ad bipedes quoq; & aves id jus porrectum fuerit, *Bachov. ad pr. h. v. animalium.* ut actio utilis daretur. *l. 4. si quadrup. ubi Gl. A. Fab. & C. A. th. 7.*) Si qua lascivia aut feritate damnum dederint, proprie damnum facere nō intelliguntur, cum ille damnum proprie videatur facere, qui per injuriam dederit, *pr. 1. de L. Aquil.* quam commisisse animal dici nequit, quod omni sensu caret, *in fir. pr. 1. h.* quia tamen revera ex facto eo alter pauperior redditur, factum

Q 4

illud

illud noxium ab effectu denominatur, *Bachov. i. disp. Tr. 18. § 1.* & pauperies in specie dicitur, de qua Dominus ita cōvenitur (velut alternative,) ut damnum vel resarciat, vel animal, quod nocuit, noxæ dedat, ut docet

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. tit. 9.

tit. 9. si quadr. paup. fec. dic.

14. Adjuncta actionum duo hic exponuntur, alterum de personis, per quas, si ipsi impediamur, agere possimus, alterum de satisfationibus, quibus litigantes in iudicio personam suam firmanet & legitimant. Quia enim & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ justæ & necessariae causse hominibus impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi possint exequi: ideo recte nunc exponitur de iis, per quos rem nostram agere & defendere possimus: *text. est h. t. 10. de iis per quos agere possimus.*

De iis per quos agere possimus. tit. 10.

15. Satisfationes quidem initio litis statim, & fere antequam actio inchoetur, interponuntur; verum quia id & actionum & personarum litigantium causa fit, uti scil. litigantes absque metu frustra peractæ litis esse queant; ideo merito etiam posteriore loco de his tractatur. *Wegner. d. 16. thes. 5. lit. a. de quibus tit. 11. de satisfationibus.* Dissentit Ant. Matth. in tract. *quæ sunt fundamenta juris inscripser. disp. 14. (in edit. noviss. est disp. 2.) §. 105. ubi h. nc inter navos Inst.*

De satisfationibus. tit. 11.

RECEN-

recenset, quod actionum divisiones confuse admodum proponantur, interjectis procuratoribus, tutoribus & curatoribus, per quos agere possumus, & satisfactionibus, inter sextam & septimam, & exceptionibus & replicationibus, inter octavam & nonam. Quod gratis & sine justa ratione dici, vel ex hac analysi manifestum est.

16. Et ea quidē, quæ istis tit. continentur, ad naturam actionū generaliter cognoscendam, adq; earum introductionē veluti consentanea pertinere videntur: Sequuntur nunc dissentanea seu cōtraria, h.e. causa & modi, quibus actiones vel pereunt & finiuntur, vel impugnantur & excluduntur. Paulo aliter Wegn. d. disp. th. 6. sentit, inquiens: actiones vel ipso jure & immediate tolli, vel oppositione hominis, cum quo cons. Bachov. pr. I. de except. & §. ult. tit. 12.

17. Pereunt & finiuntur actiones vel ipso jure & immediatē, duobus præcipuē modis, vid. text. in l. omnes actiones. 139. vel juxta alios, l. 181. de R. I. (1.) Tēpore, vid. tam. Wegn. & Bachov. d. loc. Sunt enim actiones aliæ perpetuæ, h.e. quæ olim nunquam; hodie longo tempore demum finiuntur: Aliæ temporales, quæ breviori, veluti annali tempore, circumscribuntur. (2.) Morte, nam pœnales actiones (quia delicta morte extinguuntur, nec pœna in heredes porrigitur, vid. Pac. in Isag. h.) mortuo reo in heredes ipsius

Q s regu.

242.
regulariter nō transeunt. Aliquando etiam
satisfactione rei actiones pereunt ac tollun-
tur: de quibus in tit. 12. de perpet. & temp. act.
& qua act. ad her. (active, ut ab his exerceantur)
& in heredes, (passive, ut contra eos movean-
tur) transeunt. Aliter Bachov, ad pr. 1. h. qui
cum DD. com. aliam & non ignobilem quidem
actionum divisionem h. lo. proponi tradit, qua
proinde rectius in tit. 6. fuerit exposita: qua de
causa A. Matthai decimum tertium navum huic
loco impingit. d. disput. 2. fundam. th. 105. Quae
omnia ex nostra analysi refelluntur.

18. Impugnantur vero (§. 1. 1. de except.
inf.) & excluduntur actiones allegatione
hominis vel prima, ut exceptione, vel ulte-
riore (vid. pr. & §. seqq. 1. de replic.) Est autem
exceptio quasi quaedam exclusio, quae inter-
poni actioni cuiusq; rei solet, ad excluden-
dum id, quod in intentionem, condemna-
tionemve deductum est. l. 2. de Except. ubi n.
Wes. in c. nu. 3. Aliter definit Vmm. d. 5. de pro-
cess. d. 1. & hanc impugnat n. 2. fin. & nu. 3. de his
est tit. 13.

19. Ulteriores allegationes ex parte acto-
ris dicuntur replicationes, ex parte rei du-
plicationes: atque iterum ex parte actoris
triplicationes, ex parte rei quadruplicatio-
nes. Vt cunque a. haec vocabula aliàs diffe-
rant. l. 10. C. de except. aliquando tamen pro-
miscue sumuntur. vid. Vmm. d. 1. n. 2. Estque
replicatio nihil aliud, quam contraria exce-

De perpe-
tuis & re-
porabilibus
actionibus,
& qua ad
heredes vel
in heredes
transeunt.
tit. 12.

De Exce-
ptionibus
tit. 13.

prio, & quasi exceptionis exceptio, ut Ictus ait in l. 22. fin. de except. Wes. in w. n. 12. vel est allegatio ulterior, qua exceptionis jus veluti replicatur atq; resolvitur. Vt enim exceptio est emendatio actionis: ita replicatio est emendatio exceptionis. Cujac. in lib. 18. Paul. ad Edict. l. 28. §. 2. de injur. per illum text. ex. pr. l. b. de quibus tit. 14. de replicationibus.

De Repl.
cationib.
tit. 14.

20. Et hæc quidem ad doctrinam actionum, ut ita dicam, ordinariarum, judiciorumque petitoriorum referri possunt: Sequitur nunc de extraordinariis actionibus, uti dicuntur in rubr. ad quam vid. Bachov. in pr. n. 3. sive de judiciis possessoriis, h. e. de interdictis, de quibus est tit. 15. de interdictis. ubi eorum definitio traditur,

De Interdictis. s. 15.

exdeors.

Alio sensu ipsæ etiam actiones vocantur hodie extraordinaria iudicia: quia formulis sublatis hodie magistratus ipsi iudicant. Cujac. ad pr. l. de action. Vbi nihilominus ipsæ actiones & interdicta à veteri iudiciorum ordine distinguit; quod sc. actiones fuerint formulæ, quibus Prætor & iudicem daret, & iudici simul præscriberet, quomodo iudicandum esset: Interdicta autem fuerint formulæ aut formalia decreta, quibus Prætor (quoties de possessione vel quasi quaereretur) non iudicem daret, sed ipse iuberet interim aliquid fieri, integra manente actione ex causa interdicti & actione proprietatis: ut ecce, si quis vi me deiecisset de possessione fundi, Prætor interdicebat hunc in modum: quod vi factum est, id restitui iubeo: Cui interdicto si non pareretur: Prætor ex causa edicti

204.
 edicti, quanti ea res erit, actionem pollicebatur. Diff. A. Matthæi. Colleg. Inst. 3. diffus. 19. l. b. 279. ubi contendit, prætorem de his dedisse judicem & formulam, secundum quam ipse judicaret §. ult. l. b. Sed dist. est, inter causam interdictorum primam & ortam. Si n. quis prætorem, sive ut hodie vocant, nobile judicis officium implorasset, prætor causa cognita interdicebat ipse & certa verborum formula, aliquid fieri vel jubebat vel vetabat: quod si verò jussus non patret interdicto, tum aliquando manu ministroꝝum jussum exequebatur: aliquando civilius ex causa interdicti actionem ordinariam porro dabat. l. 1. §. 4. *Ves possidet. Bachov. ad pr. l. b. n. 2.*

21. Perlustrata levi & summa tantum cacumina rerum notante oculo, §. *his igitur. l. de l. & l. ut ea tyronibus liceat summo digito tetigisse §. ult. l. de publ. Judic.* singularū actionum natura & quemadmodum in judiciis exercentur, videndum deniq; erit de personis, quæ actiones in judicio exercent. *add. Pac. in Isag. tit. 16.* Personæ judicii principales sunt tres, Actor, Reus, & Iudex, quarum illæ litigantes, hæ decidentes, seu litem dirimentes dicuntur. Personis litigantibus, h. e. Actori & Reo (de quibus v. *Vmm. d. disp. l. 0. 4. & 5.*) hoc omnino cavendum est, ne temere ad litigandum profliant, pœna pecuniaria alioquin mulctadæ, aliisq; modis, veluti jurisiurandi religione & infamix metu, coercedæ, *de qua re est tit. 16. de pœn. rem. litig.*

22. Iudex est, qui sententia sua controversis
 versus

De pœna temere litig. tit. 16.

245.

versus finem imponit l. 13. §. 2. de recept. qui
arb. rec. de cujus officio est tit. 17. de officio ju- De officio
dicis. & diximus hac de retr. peculiari. jud. tit. 17.

23. Ea; est summa de privatis judiciis,
quæ per actiones ordinatur pr. Inst. h. Sequi-
tur nunc, (ut ex oppositione illorum natu- De publico
ra melius innotescat,) de publicis judiciis, de jud. tit. 18.
quibus est tit. 18.

subdit.

Diff. A. Matthæi d. disp. 2. fundam. 0. 106. ibi: in-
cipit decimus quartus nactus: (1.) quia Imp. tantum
de privato iure dicere voluerit. Resp. Vtiq; πρῶ-
τος; ex professo & explanatè de iure privato agere
constituit; quid autem vetat aliquod iuris publi-
ci caput oppositionis & evidentie ergo per indi-
cem simul ostendisse. Obi. (2.) quia publica iudici-
cia nihil habeant cõmune cum actionibus. Resp.
Sed. ap. Osterm. ad pr. h. t. Dissentit etiam Bachov.
in comm. ad §. 5. l. h. t. qui aut tacendum aut ple-
nius ista exequenda fuisse statuit: quomodo in
simili Wes. in x. lib. 32. dicit, malle se nihil, quam
pauca de illius libri materia dicere. Resp. Atqui
inter duo hæc extrema medium est aliquod. l. 1.
§. 12. C. de V. l. E. Summaria sc. designatio eorum,
quæ in hac materia aliquando cognoscenda sunt;
quam se per indicem fecisse Imp. in §. ult. h. t. ait,
quia eo indice indicatur summa rerum deinceps
explorandarum: quod nescio an satis bene expri-
matur per græcorum παχυμῆρς ap. Cujac. 5. Obser.
25. quem locum pleriq; omnes hic laudant.

24. Publicorum iudiciorum duplex oc-
currit descriptio, quarum altera à priori, ut
sic dicam, cum Dn. D. Franzkio Exercit. 14. q. 5.
petita est; altera à posteriori. A priori peti-
ta est illa in l. 1. de publ. jud. quod publica iu-
dicia

dicia sint, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt: vel de quibus publica L. cautum est. l. 2. §. fin. de prævaricat.

exhibens.

Huius descriptionis causa petenda est: ex ipsa Pop. Rom. historia. Nim. populus exactis rebus, magistratui quidem cognitionem de bonis privatorum concessit: sed de capite civis Romani, aut aliis Rempubl. statumque concernentibus causis cognitionem sibi reservavit, l. 2. §. 16. de O. I. deque his initio per maximum comitiatum, ut habent verba L. 12. tabb. §. Rosin. 8. Antiquit. 6. secund. p. l. 12. tabb. 2. decernebatur. Postea, ne de singulis causis convenire populum necesse esset, pœna certa delictis frequentioribus L. in comitiis lata dicta fuit, & sub solenni formula, quæstores parricidii & similes iudices capitalium causarum constituti, qui videri reum in legem commisisse, pronuntiarent: Nec pœna tam iudicis, quam L. ipsius & populi iussu atque auctoritate sumebatur: §. l. 1. ad SC. Turpil. Has ll. primum Cornelius Sylla l. 2. §. 2. de O. I. collegisse: tum Iulius Cæsar à privatis accuratius distinxisse videtur. §. l. 1. §. l. 12. §. 2. de accusat. l. 32. de panis l. 2. de custod. & exhib. reor. unde Lex sola iudicium publicum facere dicitur. §. Wesen. parat. ad L. Cornel. de fals. num. 7.

25. A posteriori definiuntur in §. i. l. h. t. quòd ea sint, quorum executio cuius ex populo plerumque data, seu quæ omnibus patent. l. 30. C. ad L. Iul. de adult. possent a. ambæ descriptiones fortè cõjungi hoc modo, quod publ. sint ea iudicia, quæ Lege aliqua publicorum iudiciorum de crimine notabili introducta sunt, data cuius è populo, præcipue

247.
pne tamen ei cuius interest, potestate, cri-
men illud per solennem accusationem per-
sequendi. *conf. Pac. in Isag. h.*

exhibere.

Ratio iuris & descriptionis inde orta videtur,
quod crimina hæc vel ipsam Rempubl. concerne-
rēt, vel exemplo magis noxia essent in publicum,
ut ita promptissimè ea detegi & publicè & singu-
lorum civiū interesset. *l. 3. §. 1. de fals.* (Nam quod
alii rationē hinc deducunt, quod Resp. tanquam
persona imaginaria ipsa deferre crimen non po-
tuerit *§. Franz. k. d. 9. §. n. 10.* non usq; movere vi-
detur, cum ut in aliis causis publ. ita & hic nomi-
ne universitatis syndicus intervenire potuerit.
Wes. cui. n. 6.) Neq; tamē iudicia publica cū quod
popularibus actionibus confundenda sunt. Dif-
ferunt enim (1.) causa effic. Illa è legib. speciali-
bus descendunt: Hæc à Prætoris Iurisdictione *arg.*
l. 2. de pop. act. l. 7. de iurisd. ut albi corrupti, se-
pulchri violati. *C. A. de publ. jud. d. 2. Vers. 11.* (2.)
ratione obiecti: In popularibus enim actionibus
pœnæ persecutio tantum pecuniaria est: *C. A. d.*
loc. Vers. 3. de qua ipsa actor etiam participat. *l. 25.*
fm. ad SC. Syllan. At iudicia publica non pertinet
ad rei familiaris persecutionē, sed ad vindictam
publicam. *l. 6. de sepulch. viol. & executio illa quæ*
cuilibet è populo datur nudi ministerii est.
Franz. k. d. lo. n. 11. (3.) Ratione formæ: Ordo iudi-
ciorum publicorum singulari plane solennitate
constat. *§. Wesemb. de publ. jud. n. 4. Gothof. ad l. 8.*
de publicis jud. Istorum ferè idem est qui & priva-
torum iudiciorum: Aio te mihi 50. flor. quod al-
bum prætoris corrueris præstare oportere, & si-
mil. *§. C. A. de popular. actionib. d. 10. Et not. ib.* De-
nique (4.), ratione durationis: popularia enim
utpote prætoria anno plerumquē concluduntur.
l. ult. de popul. act. ubi C. A. d. 10. n. 3. publica regu-
lariter

lariter 20. annos durant. l. 12. C. de fals. Vid. Wesenb. de Usucap. num. 8. ¶ Denique cavendum etiam est, ne nomina iudicii criminalis & iudicii publici confundantur. Illa enim distinctio in civile & criminale, ab obiecto & fine petita est: Ista autem à causa potiss. efficiente, eaque tum remota tum propinqua. A remota, cum nempe iudicium criminale latius sumtum subdividitur in ordinarium & extraordinarium. Ordinarium in publicum & privatum. A causa eff. proxima verò illa est dist. cum popolare iudicium opponitur iudicio & actioni privatæ. Sed de his ad parat. Wesenb. & ad C. A. plura Deo dante & accuratiora colligemus.

26. Cæterum quæ de methodo Elementorum Iurisprud. hæctenus præfari libuit, ea generali cautela Christophori Ehemii lib. 4. pr. jur. c. 6. obfirmamus: Satis sc. esse in his disciplinis, quæ exactam methodi & scientiæ rationem ac demonstrationem non admittunt, ita singulas partes adinvenisse collocasseq;: quatenus inconstans atq; mutabilis rerum natura & circumstantiarum varietas patitur. Alludit ad text. l. 2. de stat. homi. Arist. 1. Eth. 1. l. 1. §. 4. ibi: secundum quod possibile est. C. de Vet. Iur. Enucl. l. un. C. de sent. qua pro eo quod interest. cap. un. I. feud 2. In quibus terminis facilius feras, quod nescio an satis confiderate generalius pronuntiavit Bachovius 2. disp. de action. § 16. p. 43. in methodum citra magnum periculum peccari.

F I N I S,

COROLLARIA

I.

IN opere metadromo Iacobi Cujacii, occurrunt nonnulla quæ vel calidius dicta, vel negligentius excepta videntur, qua de causa Vir summus ea typis vulgari etiam vult; Quibus forsan etiam accenseri meretur, quod in lib. 10. qq. Papin. ad l. ult. de condict. sine causa, scribit: *Inter patrum & filiam fratris, nuptias nusquam in jure esse prohibitas.* Licuisse enim fratris filiam ducere ex Scto (quod sit apud Tacit. lib. XI.) sed non licuisse ducere sororis filiam. Nec rationem diversitatis querendam esse, cum ista pendeat ex jure positivo. *Hastennus Cujac.* Quanquam haut absimilia scribat Gothofred. ad l. ult. in verbo sororis. C. de incest. nupt. & Osterman. in rat. dub. ad §. 3. l. de Nupt. nec quicquam in subiecta ratione decidendi respondens. ¶ Etenim (1.) reclamant clarissimi textus in jure §. 3. l. de Nupt. ibi fratris vel sororis filiam uxorem ducere non licet. l. 17. Cod. eod. l. ult. C. de incest. nup. (2.) repugnat ratio §. 1. l. eod. quæ ipsa cum avunculo applicetur in l. sororem. 39. de Nuptis. & matertera & amita, etiam adoptiva, §. 5. Inst. eod. cum non conveniat etiam patruo. & Novell. 154. princ. Licet autem (3.) legum ratio non semper dari possit necessaria: debet tamen subesse probabilis ut ipse Cujac. docet ad pr. Inst. de fiduc. tut. & lib. 17. Obser. 15. ¶ Sunt qui hic inter jus vetus & novum distinguunt: Ut juri veteri tantum sororis filiam ducere prohibitum fuerit: Jure novo etiam filiam fratris. Atqui in d. l. 17. inter easdem personas, inter quas jure antiquo nuptiæ prohibebantur, fratris etiam filia refertur? Simplicius ergo dicemus cum Imp. Anastasio in d. l. ult. quod fratris vel sororis filiam, & illam quidem liberius, ducere aliquando licuerit: Id tyrannidis tempore permissum fuisse; ac proinde ad juris perpetui ordinem referendum non esse, Nam licet Claudius apud Tacitum 12. Annal. 7. n. 2. (quem lo. haut dubie intellexit Cujacius) Scto suæ caverit libidini, quo iustas inter patruos fratrumque filias jussit esse nuptias; Non tamen inventus fuit, nisi unus ejusmodi matrimonii cupitor. Quem cum postea alii forte imitarentur; surrogatis legibus, moderata fuit cupido nefaria, etiam ante Constantinum uti tra-

R

dit

dit ipse Cujacius certiora meditatius & præferens in curis secundis, lib. 8 obser. 28. II.

Lēgis. si feriatis. 6. D. de feriis. ut eam editiones vulgatae repræsentant, obscura sententia & distorta est: quem enim hæc sensum habeat, si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautū est, nec his diebus iudicium sit? Annon contraria dici; vel saltem præposterè, jus factō postponi putes? Itaque recte monuit C. l. A. lib. 2. verba d. l. initialia si feriatis diebus fuerit iudicatum, diplex scribenda esse. (quomodo Cujaci. in l. 1. de A. E. V. etiam docet verba d. l. 1. s. res vendita, mora notanda esse non illa, qua dicitur d.) Sed quid est diplex scribere? Lexicographi fere omnes hic tacent. Vir clariss. ita percontantib. rescripsit: vox orta videtur ex Græco dativo adverbialiter sumto διπλῆ h. e. dupliciter. Vnde diplex scribere, nisi me conjectura fallit, est vel geminare verba; vel certe duplo majores pingere literas, ut emineret scriptum. Hac ille. Paulo aliter A. Augustini lib. 1. Emendationum 6. docet: Esse hoc in librorum bonorum usu, ut aliena verba nota quadam ad marginem adscripta designent. Hoc diplex appellari, quia duabus lineis in angulum coactis fiat. Isidorus Hispalensis Episcopus lib. 1. Grammatices cap. 20 (quod est de notis sententiarum) Signum diplex describit & dividit. Describit his verbis, Notam diplex scriptores nostri apponunt in libris Ecclesiasticorum virorum ad separanda vel demonstranda testimonia sanctarum scripturarū. Facit eam triplicem (1.) διπλῆν siue περιεπιπλῆν quam ut obversam > de pingit, alteram (2.) περιεπιπλῆν, id est cum geminis punctis: hanc iis apponi, quæ non recte adiecta fuissent; hæc figura >: Tertiam facit ἀδιωκίμην, quæ interponatur ad separandas periodos. signum esse obversi ὀψιπλῆ Confirmatur hæc interpretatio loco Cicer. 8. ad Attic. Ep. 2. ibi: P. Sullij res gesta sunt adhuc maxima: Id ex eius ad Pompeium literis cognosces, in quibus animadvertito illum locum, ubi erit διπλῆ. ¶ Apparet autem ex hac declaratione l. 6. In recensione Edicti perpetui non omissendum fuisse titulum istum de feriis, à Ranchino & Gipha. cum manifestum sit hæc verba etiam esse Edicti. C. A. d. 10 3. Quid si orationis? arg. l. 2. § 7. eod.

In l. 2.

III.

IN l. 1. de decret. ab ordine faciendis. vocem possessorum Pancirollus lib. de magistratibus municipal. cap. 1. interpretatur de decurionibus: forte quia possessoribus simpliciter acceptis, sive municipalibus, non conveniat arbitrium constituendorum medicorum. Addit alias rationes C. A. de decurionibus th. 2. quod inopes ad decurionatus honorem olim non facile vocarentur l. 12. in fin. de decurion. & quia prædia Reipubl. possiderent. l. 6. Cod. de omni agr. desert. ¶ Quæ rationes licet probabiles sint, dubitationibus tamen istis locum relinquunt: quod possessores simpliciter exponi possint, pro prædiorum possessoribus, gessene oder poss. ff. de iure Bürger l. 5. C. de censibus. l. locorum 11. de omni agro deserto. lib. 11. tit. 59. quo nomine postmodum specialius appellati fuere qui fundos Reipubl. vel Principis colendos susciperent. l. 12. C. de fundis patrimonialibus lib. 11. tit. 62. ubi Emphyteuticariis opponuntur. l. eos qui 4. Cod. de divers. prædiis urbanis & rusticis templorum & civitatum. lib. 11. tit. 70. Ita etiam in obiecta l. 6. C. de omni agrum. desert. vox possessoris non tantum pertinet ad decuriones, sed etiam ad reliquos cives: quod ostendunt verba seqq. id est decuriones, & quoslibet alios possessores. Certe oppositio ordinis & possessorum, quæ est in d. l. 1. decuriones, qui jam comprehenduntur voce ordinis, excludit: subiecta autem ratio, possessores municipales hic admittit: quod enim omnes tangit omnium etiam approbationem desiderat. cap. 29. de Reg. Iur. in 6. l. 11. de ser. R. P.

IV.

Quo modo, quave ratione civili, pecunia tutissime collocetur! An in redemptionem nominum. Wann man Schuldbrieffe. 100. per 70. 60. 50. erhandelt? Ita videtur multis per doctrinam Gomez. 2. resol. 2. nu. 6. quia hoc & licet facere l. nomina eorum 17. de hered. vel ass. Et utile est, cum in emtorem transeat omne jus & emolumentum venditoris l. emtori 6. de hered. vel ass. vend. ¶ Veruntamen Wesenb. tutius esse putat adversus omnem fortunæ injuriam & amissionem, facultates in solo consistere, in parat. de administ. & per. int. nu. 4. d. l. 7. S. cod. Dann Sahrnuff kan leichtlich
R 2 verloh

versoren werden/ vnd ist auch sonst nicht so würidig. Wesen.
6. consil. 278 n. 40. Aut in tutelam prædiorum æs impendi. *l. ult. de operibus publ. aut necessariis comparati l. 22. de N. G. ubi C. A. nu. 8.* Nominum etiam emtionem facile in suspitionem sycophantia quem deducere, nec à redemptore vltra concurrentem pretii, quo vendita sunt, summam posse aliquando extorqueri. *Idem Wesen. parat. de hered. C. act. vend. per l. 22. C. Mandati l. ult. C. cod. Cujac. 6. D. 16.* vide tamen pro illis redemptoribus *Hillig. ad Donell. 15. Comment. 42. lit. E.* ¶ Sunt alii, qui optime pecuniam in debitorum disputationem collocari arbitrantur. *l. debitor mens. 13. de Neg. gest. ubi Vid. C. A. 16. 31. num. 8.* ¶ Sed hæc de re & quaestione novantiqua v. s. 6. *l. Mandati. ex condicione personatum, rerum atque causarum diversimode in medium consulendum est. l. 52. §. 2. ad L. Aquil.*

Corollarium V. è disput. 3.

Quid autem juris altero casu, quando scil. liberi isti fratrum præmortuorum, concurrunt cum ascendentibus tantum: An propter defectum patruorum, sive fratrum defuncti liberi illi ab ascendentibus excluduntur? Cujac. eos docet excludi & non admitti: *per d. No. 127.* (quæ etiam in Græco exemplari desideratur) quod Imp. in *d. c. 1.* admissionem veluti restringat & coarctet ad casum simul existentium fratrum defuncti. Certè in hunc casum liberi isti nullibi vocantur jurè novo & singulari: Manere ergo casus iste videtur sub regula, quod ascendentes excludant transversales, *c. 2. No. 118.* Tum, quia hi in tertio gradu sunt & ex transverso veniunt, æquum est, ut perse non compareantur parentibus defuncti, qui in linea recta sunt & ordine digniori & primo forte, vel etiam secundo gradu. *C. l. A. de sui C. legis. d. 22. n. 7.* Nec inusitatum est, ut quis alterius beneficio juret, per se beneficio non gavifurus *l. Aristo. 3. inf. qua res pign. vel hyp. dat. ubi Gl. in verbo, potest. plurima exempla retinet: adde elegantem extum in l. si mand. vero. 22. §. si hi. 3. mandati. l. 12. §. 8 qui pot. in pign. l. cum hereditas. de acquir. hered. Zasium parat. de usu C. habit. n. 8 Giphan. com. Inst. rubr. de success. ab intestat. de jure novissimo. Bachov. 2. d. 16. d. 4. g. Surholt. diff. 11. n. 66. C. l. A. d. loc. C. in tut. de legitimi. d. 8. Dissent. & liberos fratrum eo quoque*

que casu admittunt Gudel. Rittersh. Förster. à *Sutholdo. allegat.* Harprecht. *ad d. pr. n. 387. ibi: sive defuncto frater super sit sive non. Tim. Faber. disp. 2. 1. 0. 9. c. Manlius dissert. 4. n. 56. Job. Sandaus. 4. decis. et. 8. definit. 5. ubi secundum hanc opinionem memorat curiam Frisiorum judicasse.*

V I.

IN quaestione: An partus monstrosus prodesse debeat matri ad jus liberorum? Dissensisse videntur ICI: Paulus enim hoc negat. *l. 14. de stat. hom. C. lib. 4. sentent. 9. in f.* Ediver, so affirmat Vlpian. *l. 135. de V. S.* Cujac. *cōciliatio in d. l. 135. cōtendit, ut l. 135. juxtra inscriptionem referatur ad L. Juliam & Papiam* (quod innuunt verba illa: *qua qualiter potius statutu obtemperavit, sc. L. Julia & Papiæ: quomodo Vlp. in fragm. etiam loquitur: ibi: qui neutri legi paruerit & sim. rat. in S. 4. l. de SC. Tertull.*) quibus orba, id est, quæ nondū peperit, prohibetur Solidum capere ex alienis testamentis, & ad semissem tantum admittitur. Loca autem Pauli referantur ad SC. Tertullianum, quo ita demum mater vocatur ad successionem filii intestati: si ter enixa sit. In quo numero trium, non computentur monstri & prodigiosi. ¶ Hæc Cujacii interpretatio ut plurimum recepta est. *vid. Pacium cent. 1. Enant. 25. ubi ostendit Paulū in lib. 4. sent. de SCto Tertull. egisse. Arum. disp. 1. Pandect. 0. 14. ubi rat. differentia e Cujac. repetit: quod mater ex SCto Tertulliano successorem petens, lucrum capret: & ex L. Julia & Papiæ damnum & ret. Donell. 2. com. 20. ubi Hellig. lit. f. plures allegat.* ¶ Atream tamen reprobat Emund. Merill. 1. *Obser. 33.* Quod in SCto Tertulliano magis agatur de damno vitando, quam in L. Papiæ: quia maius damnum sit, si mater totam hereditatem filiorum nō capiat ex SCto: quam si ex L. Papiæ non possit aut dimidiam hereditatis partem capere aut decimam. ¶ Liceat nobis pro Cujac. & asseclis hoc reponere: Committi *in arg. fall ignor. elenchis* Non enim respexit Cuiacius quantitatem hereditatis in æstimando damno vel lucro, sed causam: Nam SC. Tertullianū, (comparatione facta ad jus antiquū) matri plane adfert causam lucrativā. tribuit enim matri beneficiū succedendi filio, quod antea plane non habebat: Lex autem Papiæ onus & dispendiū adfert, quia mater ex jure antiquo gaudebat ea parte, quam

te quam ipsi postea L. Papiam adimebat si orba pronunciata
 fuisset. §. Pac. d. lo. Unde apparet L. Papiam poenalem & odio-
 sam esse, adeoque severius (ita loquitur Cuiac.) interpretam-
 dam, ut omnis omnino partus defectio subintelligatur: è di-
 verso qualis qualis partus proficiat parèti: Scutum autem Ter-
 tullianum ut pote lucrum adferens, pinguius & hoc sensu ac-
 ciipiendum esse: si ter enixa sit homines non monstrosos. §
 C. A. in l. 26. de stat. hom. generalius hoc effert: non prodesse
 partum monstrosam matri ut adquirat: prodesse tamen ne
 amittat. quam solutionem etiam adiiicit Cuiacianæ Pacius in
 fin. d. 9. 25. Præstat sane eam conciliationem admittere, quam
 cum Emundo antinomiam: ut maxime Wesembec. noster,
 in parat. de statu. hom. n. 3. eò ferè etiam inclinè.

VII.

Quærent Dd. an decuriones decretum sive statutum tale
 condere possint, quo caveatur, ne quis collegarum, cui cum
 collega forte lis sit futura, alibi, quàm apud collegiũ, iudicium
 constitui patiatur: Et siquidem ita decretum sit, an qui legi
 non paruit, sed collegam in jus vocavit, poena decreto com-
 prehensa teneatur? Bodinus. 3. de Rep. 7. p. 334. Scævola. in l. 6.
 de decr. ab ord. fac. hanc sententiam tribuit, quasi is decretum
 valere, ac poenam omisam peti posse statuatur. Ita enim verbum
diuacõnõs olim reddidit Interpp. §. Gotho. in edit. corp. gl. Ipse
 autem dist. & in criminalibus decreto locum non esse statuit;
 in civilibus omnium vel plurimæ partis scientiam & consen-
 sum desiderat, per l. 32. §. 6. de recept. arbitr. § At versionem
 illam reprehendit Pancir. 2. §. ar. 148. & vulgatæ Pacii Gotho-
 fredi & al. editiones, verbum illud reddunt, per iudicaverit.
 § Nihilominus contendit Hillig. 17. D. E. 9. lit. R. rectius vocè
 eam verti; per in jus vocaverit aut litigaverit. Cum enim sin-
 gulis collegiis sua sint arcana, ideo cum Bodino statuit, inter-
 esse collegarum, ne hæc aliis committantur. § Disting. in-
 ter causas ad collegium pertinentes & supra potestatem col-
 legii positas: cum Carpzov. 2. constit. 6. defin. 9. § 10. Itemq;
 inter potestatis moderatũ usum, & insolentem abusum. l. ult.
 de iurisd. l. 1. C. de ped. jud.

VIII.

Q. An Argumentum à minori ad maius valeat affirmative?
 Negat A. Merenda 6. contro. 21. n. 26. ibi: plus quam ve-
 rum est

rum est argumentum à minori ad maius non valere affirmati-
ve dubium: Non enim licet ita colligere: obolū habet E. & cen-
tum aureos: famulū potest regere E. & Reipub. Non licet ita
affirmative colligere: dignus est inferiore magistratu E. multo
magis superiore: sed negative concludendum est: non di-
gnus est inferiore magistratu E. multo minus superiore, *l. qui
indignus 4. de senat.* quæ exempla cum ipse Dan. Ott. *lib. 1.
dial. jur. c. 17. f.* adferat, mirum videri posset, cur contrarium
statuat, cum inquit: ducuntur autem argumenta à minore ad
maius adfirmative non negative, *facit arg. §. 4. l. quid. mod. P.
P. solv. ibi. Quis enim patitur.* Quomodo id pleriq; omnes
communiori adferunt, genus argumentationis à minori ad
maius valere tantum ad affirmandum, *Dd. ad l. 19. C. h. r. C. u-
jac. ad l. 5. de iniustorupr. & irr. fals. test. ubi quod exemplum
subijcit si preses puzgbadij habet: E. & de portarimū; plane di-
versum esse vnde vult sc. à maiori ad minus. Melius quadrat ex-
emplum Gailii 2. Obs. 78. nu. 4. valet hoc argumentum, pacto
fieri potest. E. & statuto: non utem negative pacto fieri non
potest. E. nec statuto. *conf. Everthar. supic. loc. à minori. 15. n. 4.*
Sunt nonnulli Logici qui utrumq; arguendi modum conce-
dunt, cum & hunc canonem tradunt: si id inest, vel licet, quod
minus inesse videatur: & illud inest quod magis inesse videtur
v. c. sabbatho licet: servare bovem; (quod minus est) E. & hor-
minem (quod maius est) atq; ita affirmative. Et istum: si mi-
nus non sit, vel liceat, nec maius licebit; v. c. Hominis testa-
mentum (quod minus est) violare non licet: E. nec Dei testa-
mentum (quod maius est) violandum erit. atque ita negati-
ve concluditur. §. Welenb. etiam isthoc arg. genere utitur, *in
parat. de testam. vult. circa f. affirmative; sic concludendo:*
Mulier mortis causa donare potest: E. & testari: *Et in parat.
de mort. caus. donat. n. 4.* à maiori ad minus sic infert negati-
ve: pupillus testamentum condere non potest. E. nec mortis
causa donare. *l. 1. §. 1. de iur. & rat. §. Rectè autè monet Kē-
kerm l. 3. system. iuric. sect. 2. c. 6. p. 494.* in lo. à minore distin-
guendum esse inter canonis explicationem veterem atq; Ari-
stotelicam, & recentiorē Rodolphi Agricolæ, & Philippi Me-
lanchtonis, quam ipse tanquam faciliorē laudat & amplecti-
tur: Hi enim spectant simplicem terminorum simplicium in-
ter se*

ter se comparationem: At Arist. 2. *Topic.* 10. §. 5. *Et alibi spectat*
 comparationem integrarum propositionum, quarum una
 est magis probabilis, seu vero similis, altera minus; unde in
 Enchymemate etiam necessum est consequi: ut si ea, quæ mi-
 nus probabilis, vera sit: multo magis ea quæ magis probabilis
 est, vera deprehendatur. Eodem recidere videtur cautela Ho-
 noldi: *lib. 1. Can. logsc. c. 23. c. 1. ubi dicit cavendum, ne confide-*
ratio maioris & minoris auctoris & simpliciter factorum, con-
fundatur cum illa quæ est in collatione alicuius tertij: itemque
oportere, ut tertium comparationis utriusq; conveniat d. c. 23.
can. 3. Forfan etiam intererit, an comparationis terminus, si-
 ve minus illud consideretur in subjecto, an vero in prædicato,
 ut in ipsa collatione ostendemus. § Quocumque autem
 modo comparatio hæc instituatür appareat Wesenbecium in
 priorè argum. falli: nam si ad Aristotelicam probabilitatem
 hanc argumentationem applicemus, minus probabile est
 testari posse: magis probabile est donare mortis causa posse,
 Itaq; sic concludendum esset Wesenbecio: mulier testari po-
 test, E. multo magis donare. Nobilissimus, ortu, eruditione
 industria I. C. Carpov. p. 2. *conf. 15. defin. 10 n. 12. & 13. Wes. a.*
rem invertit. Quæ propositionis auctoritas in comparatio-
ne simplici, s. quantitatis, clarius patet: non enim licet ita col-
ligere: mulier potest donare m. c. quod minus est: E. & testa-
ri, quod maius est. Nam & filiusfam. mortis causa donare,
patre permittente, potest; qui tamen ne volente quidem pa-
tre testari potest l. 1. am. n. 25. & s. filiusfam. de mort. causa do-
nat. Est enim donare privati juris, quod minus est testari pu-
blici juris, quod maius est, Cyprian. ad d. l. 25. & s. filiusfam.
n. 7. § Ad alteram illud notamus: Verba l. 1. §. 1. de rus. &
int. dist. non accipientia esse ratiocinatioe, quasi l. Ctus ex eo,
 quod magis denegandum est, minus etiam denegat: Repu-
 gnat enim collectio d. l. 25. & particulæ comparationis, si-
 militudinis & diminutionis, sed ampliativæ. Extenditur
 enim prohibitio præmissa, ut pupillus ne
 mortis quidem causa donare
 possit.

F I N I S,

arationem: At Arist. 2. Topic. 10. §. 5. *Calli-*
nem integrarum propositionum, quæ
obabilis, seu vero similis, altera minus
ate etiam necessum est consequi: ut si ca
tilis, vera sit: multo magis ea quæ magis p
re hendatur. Eodem recidere videtur ca
Can. Logic. c. 23. c. 1. ubi dicitur: c. 23. c. 1. ubi dicitur: c. 23. c. 1.
Et memoris 107. 10: Et simpliciter sumitur
in illa qua est in collatione aliorum ter
terium comparationis utriusque, conveni
n etiam intererit, an comparationis ter
ad consideretur in subiecto, an vero in pre
collatione ostendemus. ¶ Quæque
ratio hæc instituitur apparet: Wesenbe
falli: nam si ad Aristotelicam propo
nationem applicemus. minus p
magis probabile est donare mortis cau
udendum esse: Wesenbeccio: multo
magis donare. Nobilissima, ortu
Carpzov. p. 2. conf. 15. de fin. 10. n. 12. §. 1.
Quæ propositionis *æquæque* in donat
quantitatis, clarius patet: non enim
potest donare m. c. quod minus est: E
est. Nam & filiusfam. mortis causa
nte, potest; qui tamen ne volens quide
st. l. 1. am. n. 25. §. 1. filiusfam. de mort
donare privati juris, quod minus est: re
d maius est, *Giphan. ad d. 125. §. 1. filius*
ram illud notamus: Verba l. 1. §. 1. de
cipienda esse *ratio carere*, quali (C
negandum est, minus etiam denegat: re
lectio d. l. 25. de particula comparationis
& diminutionis, sed *ampliativa*. Extrad
prohibito præmissa, ut pupillus ac
mortis quidem causa donare
possit.

FINIS

ter se comparationem: At Arist. 2. Topic. 10. §. 5. *Et alibi spectat comparationem integrarum propositionum, quarum una est magis probabilis, seu vero similis, altera minus; unde in Enchymemate etiam necessum est consequi: ut si ea, quæ minus probabilis, vera sit: multo magis ea quæ magis probabilis est, vera deprehendatur. Eodem recidere videtur cautela Honoldi lib. 1. Can. logic. c. 23. c. 1. ubi dicitur *ca vendendum, ne consideratio maioris & minoris utriusque; & simpliciter sumtorum, confundatur cum illa quæ est in collatione alicuius tertij: itemque oportere, ut tertium comparationis utriusque, convenerat d. c. 23. can. 3.* Forfan etiam intererit, an comparationis terminus, si ve minus illud consideretur in subiecto, an vero in prædicato, ut in ipsa collatione ostendemus. ¶ Quocumque autem modo comparatio hæc instituat apparet Wesenbecium in priorè argum. falli: nam si ad Aristotelicam probabilitatem hanc argumentationem applicemus, minus probabile est testari posse: magis probabile est donare mortis causa posse, Itaq; sic concludendum esset: Wesenbecio: mulier testari potest, E. multo magis donare. Nobilissimus, ortu, eruditione industria I. C. Carpozov. p. 2. conf. 15. defn. 10 n. 12. & 13. Wes. 2. rem invertit. Quæ propositionis *arumoyista* in comparatione simplici, s. quantitatis, clarius patet; non enim licet ita colligere: mulier potest donare m. c. quod minus est: E. & testari, quod maius est. Nam & filiusfam. mortis causa donare, patre permittente, potest; qui tamen ne volente quidem patre testari potest *L. tam u. 25. Verf. filiusfam. de mort. causa donat.* Est enim donare privati juris, quod minus est testari publici juris, quod maius est, *Ciphan. ad d. l. 25. Verf. filiusfam. n. 7.* ¶ Ad alteram illud notamus: Verba *l. 1. §. 1. de tut. Et int. dist. non accipientia esse *ratiocinatio*, quasi Ictus ex eo, quod magis denegandum est, minus etiam deneget: Reputat enim collectio *d. l. 25.* & particulæ comparationis, si *mititudinis & diminutionis, sed *ampliatio*.* Extenditur enim prohibitio præmissa, ut pupillus ne mortis quidem causa donare possit.**

F I N I S

parationem. At Arist. 2. Topic. 10. §. 3. *Et*
 onem integrarum propositionum, quae
 probabilis, seu vero similis, altera minus
 nate etiam necessum est consequi: ut si
 bilis, vera sit: multo magis ea quoque magis
 prehendarur. Eodem recidite videtur casus.
Can. l. 911. c. 23. c. 1. ubi dicitur cavendum
Et memoris dicitur: Et simpliciter sumitur
um illa quae est in collatione aliorum
terium comparationis utriusque, confertur
 an etiam intererit, an comparationis
 ad consideretur in subiecto, an vero in
 collatione ostendemus. ¶ Quocirca
 ratio hae instituitur apparet. Wefen-
 n falli: nam si ad Aristotelicam proba-
 entationem applicemus, minus pro-
 magis probabile est donare mortuo
 ludendum esset. Wefenbecio. multo
 magis donare. Nobilissimus, oratio
 Carpov. p. 2. *comp. 15. defn. 10. n. 12. Et*
 Quae propositionis *de mortuo* in
 quantitas, clarius patet; non enim
 potest donare m. c. quod minus est: si
 s est. Nam & filiusfam. mortui condi-
 ente, potest; qui tamen ne volens quae
 est *l. 1. am. n. 25. Verf. filiusfam. de mortuo*
 donare privati iuris, quod minus est: tunc
 od maius est, *Ciphan. ad d. 125. Verf. filius*
 eram illud notamus: Verba *l. 1. §. 1. de*
 cipienda esse *ratiocinatio*, quasi Causa
 enegandum est, minus etiam denegat: Et
 lectio *d. l. 25. & particulae comparationis*
 & diminutionis, sed *ampliativa*, Ex parte
 prohibito praemissa, ut pupillus ne
 mortui quidem causa donare
 possit.

FINIS

ter se comparationem; At Arist. 2. *Topic. 10. §. 5.* *Calibi spectat*
 comparationem integrarum propositionum, quarum una
 est magis probabilis, seu vero similis, altera minus; unde in
 Enchymemate etiam necessum est consequi: ut si ea, quæ mi-
 nus probabilis, vera sit: multo magis ea quæ magis probabilis
 est, vera deprehendatur. Eodem recidere videtur cautela Ho-
 noldi *lib. 1. Cum logic. c. 23. c. 1. ubi dicit cavendum, ne conside-*
ratio maioris & minoris à τὸ πᾶσι; & simpliciter sumtorum, con-
fundatur cum illa quæ est in collatione alicuius tertij: itemque
oportere, ut tertium comparationis utriusq; conveniat d. c. 23.
can. 3. Foran etiam intererit, an comparationis terminus, si-
 ve minus illud cõsideretur in subiecto, an vero in prædicato,
 ut in ipsa collatione ostendemus. ¶ Quocunque autem
 modo comparatio hæc instituat apparet Wesenbecium in
 priorè argum. falli: nam si ad Aristotelicam probabilitatem
 hanc argumentationem applicemus, minus probabile est
 testari posse: magis probabile est donare mortis causa posse,
 Itaq; sic concludendum esset Wesenbecio: mulier testari po-
 test, E. multo magis donare. Nobilissimus, ortu, eruditione
 industria I. C. Carpov. p. 2. *conf. 15. defn. 10 n. 12. & 13.* Wes. a.
 rem invertit. Quæ propositionis ἀρρηγογία in comparatio-
 ne simplici, s. quantitatis, clarius patet; non enim licet ita col-
 ligere: mulier potest donare m. c. quod minus est; E. & testa-
 ri, quod maius est. Nam & filiusfam. mortis causa donare,
 patre permittente, potest; qui tamen ne volente quidem pa-
 tre testari potest *L. am. u. 25. & vers. filiusfam. de mort. causa do-*
nat. Est enim donare privati juris, quod minus est testari pu-
 blici juris, quod maius est, *Ciprian. ad. d. 125. & vers. filiusfam.*
n. 7. ¶ Ad alteram illud notamus: Verba *h. l. §. 1. de tut. &*
int. dist. non accipiendâ esse ratiocinari sive, quasi Ictus ex eo,
 quod magis denegandum est, minus etiam denegat: Repu-
 gnat enim collectio *d. l. 25. & particulæ comparationis, si-*
 militudinis & diminutionis, sed *ampliati sive.* Extenditur
 enim prohibitio præmissa, ut pupillus ne
 mortis quidem causa donare
 possit.

F I N I S,